Transitivum verbum est id quod eget adiunctione obliqui ad perfectionem sensus ut amo. Verborum transitivorum aliud activum aliud passivum aliud neutrum aliud commune aliud deponens. Verbum activum est id quod desinit in o et potest regere post se accusativum significantem animal rationale id est debet facere passivum per assumptionem de r ut amo assumpta r fit amor. Sunt tamen quedam verba activa que non possunt regere talem accusativum nisi accidatur verbum infinitum ut dico et puto ut dico hominem legere et puto hominem disputare. Item sunt quedam verba activa que exigunt duos diversos obliquos quos ex diversis naturis. Hec igitur verba exigunt accusativum et genitivum vel ablativum emo vendo extimo absolvo sapio pungo et dampno reprehendo et huiusmodi similia ut emo equum istum centum solidorum vel centum solidos vel centum solidis. Item illa verba do cum compositis condico prepono oppono similia et obicio et huiusmodi similia exigunt accusativum et dativum ut do equum. Item illa verba celo rogo doceo peto vestio cingo et huiusmodi similia possunt regere duos diversos accusativos ut doceo te grammaticam. Item illa verba exigunt accusativum et ablativum spolio privo impleo vacuo allevio honoro et huiusmodi similia ut spolio te tunica.

Sequitur de genere passivo.

Verba passiva construuntur cum ablativo mediante a vel ab prepositione ut cum dativo posito loco eius ut iste amatur ab illo vel illi pro illo. Construuntur tamen tribus modis cum accusativo per figuram que dicitur hynodochex ut iste truncatur nares. Vel ex vi verbi transitivi ut intellectum capere pascuntur silvas id est pascendo rodunt silvas. Et quando verbum accusativum exigit duos diversos accusativos simul tunc ultimus illorum potest regi a suo passivo et participiis passivis ut doceo te grammaticam et doceor a te grammaticam id est ego doceo grammaticam. Si vero verbum activum exigat duos diversos accusativos non per diversos tunc ultimus illorum non potest regi a suo passivo. Sed a suo accusativo resolvuntur in nominativos ut instituo te heredem tu instituens a me heres.

Verborum neutrorum et deponentium quedam exigunt genitivum ut egeo et misereor. Quedam dativum ut famulor et opitulor. Quedam accusativum ut facio et sequor. Quedam ablativum ut gaudeo. Quedam genitivum et accusativum et ablativum ut potior et vescor ut in prisciano potior illius rei vel illam rem vel illa re. Sed doctrinale dicat contrarium. Octo sunt verba communia largior experior veneror moror osculor ortor criminor amplector et sunt consolector ut communia duas habent significationes unam ad modum activi et aliam ad modum passivi ut criminor te et criminor a te tamen utraque constructionem non possunt habere sub une significatione verbi gratia maledicere criminor te et ab illo. Item ubi dictum sit superius quod quando constructionem habet verbum participium. Participia illorum communia tamen sunt in-ens vel in-tus desinencia ut criminans criminaturus tamen activa habent significationem et ideo tamen activa retinent coniugationem.

Incipit epistola magistri poncii provincialis.

Anno domini M.CC.L.ii. Ego magister poncius provincialis qui composueram summam dictaminis de competenti dignitate composui et ordinavi in presenti epistolarum secundum doctrinam et ordinem superius notatam ad instanciam viri nobilis Ildefonsi mei discipuli predilecti et Velitane

meorum scolarium prout novellorum videlicet et hunc
modum.

Magistro epistole. XII.
Filiorum ad parentes. et econverso epistole. XV. IX.
Nepotum ad avunculos. et econverso epistole. XVII.
Fratrum ad fratres. et ad sorores epistole. VIII.
Consanguineorum ad consanguineos. VII.
Sociorum ad socios. XI.
Amicorum ad amicos. XX.
Inimicorum ad inimicos. XIII.
Dominorum ad servitores. et econverso. epistole. XVII.
Secularium ad religiosos. epistole. X.
Capellanorum ad capellanos. epistole. VIII.
Subditorum ad prelatos. et econverso epistole. XLVII.
Dominorum ad vassallos et econverso. epistole. X.
Pape. imperatoris. et regum. epistole. XX.
Episcoporum ad eosdem. epistole. XII.
De modo curie epistole. XXXVIII.
In summa sunt. CCC. et XX.
Magistro epistole. XII.

Ildefonsus scolaris magistro Poncio ut componat quoddam epistolarium sic ordinatum sicut summa dictaminis de competenti dogmate ordinavit.

Viro discretionis et morum titulo splendenti magistro Poncio. Ildefonsus eius scolaris et amicus fidelissimus salutem et dilectionis omni modo firmitatem. Ad fontem veniunt cum desiderio sitientes ut inde potum auriant sobrietatum. Deus creator omnium in vestro pectore fontem uberrimi epistolaris dulcis dictaminis procreavit. Unde salientes rivuli per canales vestre facundie corda multorum scolarium habundantissime rigaverunt. et quoniam multi desiderant. et ego precipue aliis et tamquam vineam virgultum veris herbis. et floribus arboribus frondibus decoratum epistolarium componatis secundum ordinem et modum summe dictaminis de competenti dogmate. quam vestra veneranda discretio copulavit. in quo quidem epistolario de omni materia consueta possit sub certis rubricis epistolarum copia inveniri. Dilectionem vestram de qua magnam gero fiduciam. precor instantissime quantum possum ut predictum opus ad honorem dei et multorum commodum facere procuretis. Estis enim vinea vestri dictaminis et multi scolares erunt per hoc opus sicut fecunditatis tamquam vestri palmites propagati. quod erit vobis decus et gloria per omnia secula seculorum amen.

Responsio Amico dilectissimo et cetera. Responsio quod placet
Ipso nobilitati et morum gratia redimito. Magister
Poncius eius amicus firmissimus. salutem et siquid potest carius in vestrum. Ildefonse nobilis et benigne tua dilectio mihi nuper per suas litteras me rogavit pridie graciosas quod epistolarium componerem in quo certis sub certis rubricis epistole collocarentur de omni genere personarum ad honorem dei et multorum scolarium ad profectum et quoniam nobilitatem et petitionem tuam in hoc et in aliis adimplere cupio ut possum. et istarum maxime que respiciat omne commodum quod proferri debet in omnibus spiritualibus. Unde potuerunt multi scolares iam ad fructum utilitatis non modice adispici [...] significo quod predictum opus faciam deo dante et tue dilectioni mittam ipsum cum factum fuerit venerande.

Miles vel burgenses magistro ut doceant et custodiant filium suum quem vir renunabit eum de custodia et doctrina.

Viro venerabili discreto animis et morum titulo decorato magistro P. talis miles vel burgensis salutem et dilectionem perpetuam et honorem. Illius custodie de quo magis confidit quibus committit quod habet carius confidenter. Cum igitur de discretione vestra et doctrina laudabili et famosa magnam gero fiduciam. vobis mitto meum dilectum filium prenuntium diligentissime deprecando ut ipsum custodiatis sicut decet fideliter. Ego enim respondebo vobis taliter de doctrina et custodia diligenti quod inde poteritis gratulari. Responsio quod placet

Viro venerabili et discreto P. burgensi de tali loco magister P. salutem et dilectionem perpetuam et honorem. Ille cui committat quispiam quod magis pre ceteris diligit tenetur eidem grates referre maximas cum hoc sit magne dilectionis evidentissimum argumentum. Mee quidem custodie suum commisit filium vestra discretio atque nobilitas venerandi. Unde grates multimodis referendo vobis significo quod predictum puerum custodiam et docebo taliter deo dante quod michi erit honor maximus et eidem puero decus et commodum. et amicis suis pariter universis.

Magister patri sui scolaris quod filius suus est aliquantulum malus vel minus bonus faciat factum suum et corripet eum per suas litteras ac si non per ipsum sed per alium hoc.

Viro nobili venerabili et discreto P. burgensi de tali loco. Magister P. suus amicus fidelissimus salutem et dilectionis perpetue firmitatem. Nemo puer adolescens vel iuvenis factum suum faciat laudabiliter atque bene. bonum est tamen quod aliquando verbis asperrimis increpetur ne superbiat et postmodum semper facere meliora. Ego et vester filius sani sumus et hylares

pro dicta gratia multum faciat vobis sicut suum in omnibus et laudabiliter crescit puer. Est tamen consuetudo clericulis lascivior, et causa sit quod adultus verbis debet decepto pravus quod verberibus castigari. Prout ergo consulendo aliqua verba comminatoria dicto meo filio transmittatis, ac si non per me sed per alium perceperitis ipsum in aliquibus deliquisse. Hoc enim prodesse potuit non obesse.

Pater filio qui de eo audivit rumores pessimos et ipse emendavit nichil habebit de bonis suis.

Petrus burgensis de tali loco suo filio P. salutem quam meruit. Sicut qui bonus indulget moribus laudem consequitur et honorem, ita qui pravus est dampnum et dedecus non modicum habere debet. Relatu quorumdam non tamen magistri qui non deberet ea celare talia procerto didici quod tu postpositis ad discendi cura et disciplina penitus intendis ludis et lasciviis inhonestis non dicam et aliud. Sed si non emendaveris quod male fecisti taliter quod de te in universitate nulli mali rumores narrari valeant, non te meum reputabo filium nec de meo habebis aliquid, ac si esses spurius de scorto in lupanario procreatus.

Magister excusat suum scolarem accusatum patri suo.

Discreto viro et venerabili P. burgensi de tali loco magister R. suus amicus firmissimus salutem et dilectionem firmissimam et honorem. Sapientis dicitur auctoritas: rara fides ideo est adhibenda quia multa multotiens mentiuntur. Non credat ergo vestra discretio mala que vobis dicta sunt de vestro filio Hugoneto. Est enim puer disciplinatus docibilis et benignus et discrete facit universa secundum suum. Scitis enim certissime quod ego non celarem vobis nec deberem sinerem ipsum aliqua facere minus bene.

Magister petit salarium quod remittatur ei pro filio quem docuit taliter grammaticam et dictare quod ad maiores potest scolas convolare.

Viro discretissimo et famoso domino magistro P. burgensis de tali loco magister Poncius suus amicus firmissimus et fidelis salutem et amorem perpetuum observandum. Sicut non ignorat vestra discretio veneranda in meum docendo filium vestrum annis singulis, promittendo quod de labore meo et doctrina retributionem reciperes graciosam. Vester filius est iam per me provectus in arte grammatica atque dictaminis quod sufficienter potest audire ius canonicum vel civile. Habeam ergo talem inde retributionem quam vestram deceat probitatem et munificenciam et vobis sit honor perpetuus et profectus.

Responsio quod libenter et mittat ei X marchas et assignat ergo quam diu vixit in domo sua victum si voluerit et vestitum.

Viro discretissimo et fideli P. morum et benignitatis et honestatis titulo redimito suus amicus firmissimus P. burgensis de tali loco salutem et dilectionem perpetuam confirmandam. Cum suum officium diligenter exequitur dignum est quod inde consequatur commodum et honorem. Verum est et vobis fateor quod meum filium docuistis fideliter atque bene. Sicut in retributionem vobis mitto X libras turonensium et do vobis imperpetuum in domo mea victum et vestimentum sicut persone mee proprie, et hoc faciam vobis fieri quam vobis placuerit publicum instrumentum.

Magister Poncius qui rethoricam tradidit claves dictaminis et facilis est aperire ydoneis [illegible]

Universis doctoribus et scolaribus in aurelianensi studio commorantibus P. magister in dictamine salutem et audire vera que sequuntur. Cum ego Poncius sollicitus per montes et planicies et convalles invenirem quandam virginem speciosam, in amore eius fui statim captus et sauciatus. Hec fuit mira quam ipsius virginis de caro capiti flava cesaries auro multo splendidior inherebat. Generosa frons planicies non calcata nive candidior. Hinc capillis erat hinc supercilius consfulgens. Superciliaque sua planicies sicut arcu geminio moderata quod unius excessus vagancia pili nunquam exulet vel accrescat. Ridentes ocelli gerunt ignea intuentes alliciunt universos. Tota nasi forma decentior venustat faciem et insignit. Gene candore niveo circumfusas rosas miscent. Labia [illegible] labia tumore modico suspensa basium respicientibus polliceantur. In candore precellit ebori rectus dencium ordine conformatus. Menti nobilitas faciei sit partibus confirmata ut si postremo modum nec primum medio videatur in aliquo discedere. Sic cetera membra que vestis obtulit ita patent oculis mirus conformat perditus arbitror vel forte meliora. Hiis ergo ego Poncius fere attonitus prostratus cecidi ad pedes virginis et extendens brachia velud eger ad medicum clamavi: Virgo preclarissima, ecce morte deficiam in brevi tempore nisi tua gratia me in sinum recipiat pietatis. Et tunc ait virgo respiciens me osculo blandienti: Cum felix es si quod in veniste sanctis custodire. Et me cepit per manum dexteram et surrexi, et ostendit michi civitatem pulcherrimam et immensam dicens: civitatem illam nullus ingreditur nisi primo transierit portas. Et post modum ad primam portam [illegible] tibi fuerint amplexus, supplicationes, benedictiones, salutationes et ostia distincta gradatim et curie. Ac sicut quod decebat singula singulis reddebantur secundum gradus et distinctiones personarum superiorum mediocrium et minorum. Tibi erant

septa nova transsiliat universa. Et omnes qui transsilibant per dictam portam variis et diversis vinculis ligabantur. Et ad secundam portam accessimus et ibi erant antiqui proceres et consulti et providi quorum erat officium artis virtutis inter diversos seminare benivolencias et nutrire et futura negocia predicare. ¶ Et ultra procedentes ad terciam portam venimus et ibi erant de omni genere lingarum nuncii expediti et succincti breviter et veloces et omnia que in toto orbe fiebant negocia referebant. Et ad quartam portam ulterius processimus et ibi erant due stalle longissime quarum gradus vix possent per aliquem numerari et in una stalla erant omnes clerici et in alia omnes layci ordinati. In superiori gradu stalle unius sedebat summus pontifex et ab ipso alii pontifices et prelati per gradus debitos usque ad ultimum clericorum. Et in gradu superiori stalle alterius sedebat imperator et ab ipso reges et comites et alii gradatim descendentes usque ad ultimum laycorum et erat tam layci quam clerici universaliter indigentes et petebat quisque quod sibi erat necessarium suo modo. ¶ Et recte ad quintam portam venimus et ubi erat mulieres antiquissime que semper retro respiciebant et erant tante scientie quod de omnibus dicebant negociis si fierent vel non fierent quod et quale inde commodum et incommodum eveniret. Et recte ad sextam portam venimus et ubi erat quidam homo antiquissimus et barbatus vestitus tunica variis coloribus et loquebatur transseuntibus variis linguis. Et accessimus ad portam septimam et ibi multi lascivi iuvenes saltantes et canentes et voce consonanciam dulcissimam decantantes et sic intravimus civitatem. In civitate illa erant principalia xviii palacia edificata preciosis lapidibus et erat ornatum quilibet et qualiter et in quo tempore et quibus negociis deberent in quolibet palacium conveniri. Et cum hoc vidissem omnia dixi predicte virgini. O virgo speciosissima dic michi quod est nomen tuum et cuius est illa civitas et quo nomine nuncupatur. Et ipsa respondebit breviter: Ego vocor rectorica et ista civitas appellatur practica dictatorum et quamvis soror mea gramatica se dicat fore in hac civitate meam procuratoriam, ego tamen obtineo principatum et quam plurimos bonos habitatores habeo. Tibi trado claves tali fide quod predictas vii portas per quas tota doctrina epistolaris dictaminis figuratur aperias fideliter et benigne volentibus huc intrare. Ad me veniant igitur qui esse desiderant in brevi tempore optimi dictatores. Ego enim sum qui claves habeo et paratus sum quibuscumque ydoneis aperire

valere. Istam epistolam numquam intelligent doctrinam epistolaris dictaminis ignorantes.

Qualiter scolaribus qui veniant ad dictamen sint

Universis scolaribus qui decorari cupiunt epistolaris dictaminis scientia gloriosa P. magister in dictamine salutem et ad margaritam dictaminis properare. Cum de paleis nescit granum eligere fatuitate potest non modica reprehendi et depunari. Et vere granum artis gramatice scire loqui latine congrue et dictare breviter et ornate. Cetera quippe sunt palea cum in eis vix valeat fructus utilitatis aliquis inveniri vel reperiri. Accedatis igitur ad talem locum vos qui vultis in his a nobis breviter informari. Ibi enim est fons dictaminis qui non siccatur in hyeme nec in estate.

De eodem

Universis scolaribus qui bene dictare scire desiderant in brevi tempore P. magister in dictamine et neglectis truphatoriis balbutiacium que ignorant ad fructuosam artem dictaminis festinare. Quam utilis quam necessaria sit doctrina dictaminis gloriosa satis patet cuilibet intueri. Hec enim est illa scientia coronata cuius auxilio maiores indigent mediocres et minores. Hec enim est illa que condidit novum et vetus testamentum et ius canonicum et civile et septem artes universas et in curiis atque palaciis regum potentum principum sedet honorabiliter cathedrata suos amatores et discipulos faciens ibidem honorabilissime collocari. Ad me accedant igitur qui predictam reginam scientiam cupiunt amplexari. Ego enim eis aperiam eius dulcedinis secreta taliter quod in brevi tempore poterunt esse non solum sufficientes sed optimi dictatores.

Qualiter Poncius redarguit et increpat scolares qui ad discunt dictare

Universis scolaribus in arte vel studio commorantibus P. magister in dictamine salutem et quod legerit intelligere cum effectu. Novam plantavi vineam summa dictaminis de competenti dogmate et est ibi vindemia copiosa. Sed vindemiatores sufficientes non habeo quia scolares fatui magis lambruscas diligunt quam racemos. Et invelis an neis quidam eorum rapuit tamquam muscas. Glandes ut porca eligunt, margaritas despiciunt et conculcant. De monte musardo veniunt scolares hii et ibidem inhabitant et quocumque vadant super eos sequitur mons musardus. Ego non curo de talibus. Sed quicumque voluerint scire dictare breviter et ornate et quartas et libellos componere super contractibus et actionibus universis ad me veniat

Scolares cum petitionibus suis decepti vix derelictis

Filiorum ad parentes et e converso epistole. Et primo filius notificat suis parentibus

Reverendis parentibus P. et B. de tali loco pre cunctis mortalibus diligendis. G. eorum devotissimus filius salutem et filialem subiectionem. Consuetudinarium est et bonum consuevit ubi quod absens filius parentes suos certificat suo statu. Nam sibimet fuit causam eidem afferet exultationem. Dei in simulatione presentium dignationi vestre clareat venerande quod postquam ad vestram discessi faciem graciosam. Et meum dixi continue de loco in meliorem dirigere. Aurelianensis civitas me recepit et hospes cum gaudio collocatus tam magistrum quam socium cordis mei desiderium ad invenim. Hic enim est prudens facitur humilis in quo livoris oculus sinistre nominis commentator dolet se nil reprehensibile invenire. Illi vero tam morum gratia quam honestatis sub titulo persignitur et in arte dictaminis cuius iam ad hunc sit provecti quod eorum dogmate meam potest ad plenum ruditas erudiri et quia mei status prosperitas vos leta faciet ipsum duxi vobis presentibus declarandum supplicans deprecando ut universi mi et amicorum vestrorum omnium tam cito potestis rescribatis. *Responsio parentis ad filios quod ita retineat*

Petrus et B. de tali loco suo dilecto filio G. salutem et ad probitatis titulum sic. *magistrum et socios ut eidem possit facere sibi eundem modum et honorem* Paternitas nobis mandastis litteris graciosis quod tu es Aurelianis sanus et hylaris et ibidem bonum socium magistrum et socios invenisti. Unde sumus quod plurimum gratulari. Sed quoniam venatori non sufficit fili karissime optimum leporem invenire nisi sciat ipsum et valeat retinere. Te mandamus et precipimus quod predictum magistrum tuum et socios cures et blandiciis atque muneribus alligare taliter quod ipsi velint et debeant tuam sectare consimilem modum et honorem. Scias enim certissime quod si bonum feceris factum tuum studendo taliter sicut decet et minustrabimus sumptus necessarios larga manu. *Filius parentibus quod mittant sibi pecuniam*

Venerandis parentibus post deum et super omnia metuendis P. et B. de tali loco G. eorum devotissimus filius salutem et filialem subiectionem. Sicut bonus ortolanus plantationem suam diligenter excolit. Sic bonus pater debet facere suo studenti filio sumptus et libros necessarios ministrando. Insinuatione presentium dignationi vestre clareat venerande quod ego sum Aurelianis sanus et hylaris per dei gratiam et ibidem proficio in arte grammatica competenter. Verum totam pecuniam quam mecum de tali cum discessi facie graciosa portavi in sumptibus meis necessariis consumavi. Precor igitur dignationem vestram quatenus denarios michi mittatis quibus expensas meas faciam et grecismum et doctrinale valeam comparare. *Responsio quod mittent sibi satis pecuniam dum bene faciat fructum suum*

Petrus de tali loco suo dilecto filio G. salutem et inchoatum studium viriliter exercere. Tunc ortolanus libenter excolit ortum suum quem per culturam sperat fieri utilissime fructuosam. Unde in presentie dilectionis littere fili karissime multum quidem fuimus collectati, scilicet per ipsarum tenorem percepimus quod per certis obtulimus te videlicet fore sanum et hylarem et in grammatica proficere competenter. Et quoniam tunc parentes libenter debent tribuere quicquid possunt filio postulanti, quoniam perceperunt quod laudabile facit in omnibus factum suum, et tibi X libras transmittimus sicut mandasti tuis litteris graciosis. Exhortamur te igitur fili karissime quod sic ponas pecuniam quam tibi mittimus decenter et decenter quod in tuum et meum possit dederit et commodum redundare. *Item filius parentibus quod ministrent sibi*

Reverendis *tales sibi libros et necessaria quod sine in* parentibus ut supra. Sicut *tervallo possint suum* qui de novo plantavit vineam *studium exercere* debet diligenter culturam et assiduam exhibere ut inde fructus possit recipere tempestivos. Sic prius pater debet facere suo studenti filio sumptus et libros necessarios ministrando, ut ad fructum possit venire suo tempestive. Dignetur itaque paterna bonitas michi dictos libros et necessaria ministrare taliter quod sine intervallo meum studium valeam exercere et sic ito ad probitatum fructum suo pervenire. *Item filius*

Frater karissimo domino P. *patri ut mittat sibi necessaria* de tali loco B. suus *et scolis stamquam ideo in* filius salutem et filialem *expendendum totum sibi* subiectionem. Qui suo stu*restituet sicut plantavit* denti filio ministrat necessaria quasi colonus *centuplum* in agro suo seminat unde fructum recipiat centuplatum. Constat vestra paternitas per paginam quod ego sum in tali studio et libenter addiscerem. Sed libros non habeo nec expensas sine quibus est inceptus et tamquam manchus quibus ad studendum. Immo precamur igitur paterna bonitas ministrando michi necessaria seminare unde totum genus meum fructum possit utilitatis colligere et honoris. *Responsio*

Petrus de tali loco dilecto suo filio G. in tali studio commoranti salutem et ad probitatis titulum suspirare. Terram illam agricola libenter excolit in qua futurum sperat firmissime bonum bladum. Et mittens igitur tantam pecuniam sic

tuis mandastis litteris. precor et exhortor diligenter
in quantum valeo ut sic exerceas tuum studium fili karissime
quod de te possint amici tui meliorem colligere fructuo
sum. **Item filius patri quod audire vult ius canonicum**

Patri karissimo etc. Mi-**vel civile ut per ipsum eius**
litem tendit in adversarium **amicos defendi valeat**
sarium qui suum facit audire **et inimicos poterit inpugnari**
filium ius canonicum vel civile. Nam cum instructus fuerit
amicos poterit defensare et inimicos non modicum im
pugnare. Declaratione presentis pagine noscat vestra pa-
ternitas quod ego sum aurelianis sanus et incolumis per dei gratiam et in
gramatica fundatus taliter quod audire possum vestra decreta
competenter. Et quia multos adversarios huiusmodi multo
sciens in causis pater karissime quod fuit nobis non modicum sump
tuosum multum audire desidero si nobis placet ius
canonicum vel civile ut per me possint inpugnari nostri
adversarii et amici possint defensari. Non obmittat igitur
precor et moneo quantum possum paterna discretio pro
curare quod audiam in civile vel canonicum sicut dixi

Nobili viro et discreto domino P. militi de tali loco
G. suus filius devotissimus existens in tali
studio salutem et filialem subiectionem. Contra inimicos eri
git et pro amicis machinam quam procurat quod suus
filius sit legista. Nam per ipsum amicos poterit defen
sari et inimicos non modicum inpugnari. Noscat vestra
nobilitas pater et domine etc. **Item filius patri qui non potest**

Patri karissimo etc. **addiscere et removeat eum**
quod filius ad discretionem **ab officio clericali ad aliud aptum**
etatem litteralem scientiam non **officium transferendo**
est aptus quod sit nimis durus ingenio discrete faciat
pater sicut idem removeat ab officio clericali ad aliud ap
tum officium transferendo. Sicut vestra non ignorat discretio
in labore scolastico sedi diucius ut thesaurum in scientia
comparem. Sed multum laborasse me video tamen minus
proficio nec ad memoriam possum reducere que audita. Dis
cretum igitur consilium precor habeat vestre paternitatis dilecto
venerandi. ut me removeat ab officio clericali. non per
sistam in officio clericali ad aliud aptum officium transferendo

Petrus de tali loco **pater hortatur filium ne re**
suo dilecto filio G. **cedat ab officio clericali si ei**
in tali studio commoranti **addiscere non vult vacat**
salutem et minus bonus **vacabit sicut faciunt**
propositum in laudabilem commutare. Non si fiet sin
delectabile ad fructuosum officium clericale desiderit
commutare pro labore sed periculoso pater officium in
cepit. satis potest de inpericia condempnari. Sed rece
dis igitur fili karissime ab officio clericali precor et moneo
quantum possum non ostendas cordis duriciam. Sa
xum enim nichil quo durius in terra pit gutte frequen-

cia sic et ars panditur eam exercenti cum diligencia
genter. Verum super tuam simplicitatem dimittere unquam
officium clericale ut super dam ad preciam quibuslibet
in civitatis et negociam dolus ut cardines sicut faciunt
fere tui. **Item filius patri pauperi ut mittat ei quantum**

Patri super omnia diligendo **unquam adiutorium**
P. de tali loco eius humilis filius salutem
et filialem subiectionem. Noscat vestra paternitas presentis pagi
ne quod ego sum in tali studio sanus et hylaris per dei gratiam
et ibidem studeo in gramatica usque posse. Verum pau
pertas anxia novercatrix scolarium michi pedem opposuit
et me carente victus. cum labore fiat panem ad
hostia mendicare. et quia pater prius in esse dig
noscitur sue indigenti filio subvenire. Precor et
moneo quantum possum. ut michi dignetur vestra paterna
pietas et si non magnum quantulumcumque tamen subsidium destinare

Petrus de tali loco etc. **Responsio quod non potest**
Turbari non debet filius **modo sed mittet**
si quando pater per inpotenciam dimittat vel **quando poterit**
prorogat ei peccuniam destinare. Visis namque tue
dilectionis litteris fili karissime pater fui letus et per eam
siquidem contristatus. Tua quidem sanitas mag
num gaudium et est. Tua paupertas magnam tristi
ciam generavit. Et inquiete cum ad presens gravatus
multis debitis ipsam modo subsidio non possum
aliquatenus revelare. Attendas igitur usque ad ta
lem diem fili precor in pacientia et te transmittam peccu
niam decentem. **Item filius matri sue paupercule ut**

Matri sue karissime. B. **mittat subsidium si potest.**
de tali loco. G. suus filius existens in ta
li studio salutem et filialem subiectionem. Super mi
seria fili commovi debet naturalis materna pietas
et ei quamvis non possit sufficiens quantulumcumque tamen
subsidium ministrare. Paupertatis mee nodos
considerans sepe cogor ad lacrimas solamen vanitat
solam memoris misero medicinam. Scolas enim
egrediens lectionem. Circa hostius post posita
miserorum ego miserrimus victum meum peto ad hos
tiam mendicando. moveatur itaque materna pie
tas precor ut siquis sibi hec peccunie pretendit aliquam
cui in eventu valeat mea paupertas et si non
penitus saltem in aliquo revelari. **Responsio**

Bernardus de **matris paupercule quod multum debet**
tali loco dilecto **negotiari et petit ab ea pe**
to filio in tali studio **cuniam cum debet pocius necessariis providere**
commoranti salutem et recto actus virtutes vir
tutis exercere. Verum dum debet adultus et fortis filius
cum amicis sua paupercula credit et nititur pe
cuniam extorquere cum debet pocius in neces
sariis providere. Cum sim fili paupercima

et amicorum subsidio ac uirtute acquirendi penitus destituta. Miror multum et mirto grauamine te tali spe cunctam retraxisse. Non facias hoc decetero fili. Precor et moneo quantum possum. Sed lucrandi artem et modum habeas ut et tu et nos possimus uictualibus prouidere. Nam cum te nutriui puerum hoc specialiter fui intuitus ut tu factus adultus me nutrires filius et mee senectutis fores baculus et iuuamen.

Si filius in carcere patri ut redimat eum.

Patri karissimo post deum super omnia diligendo domino. P. de tali loco G. humilimus suus filius salutem quam non habet. Naturaliter moueri debent parentum uiscera super miseria filiorum et maxime qui in carcere detinentur. Dum enim nuper aurel. pater karissime natus fui quodam iuuene sicut diabolus ministrauit et ipsum demum percussi cum baculo super caput. Ergo pater G. [illegible] fui in aurel. curia carceratus. liberatus esset quidem [illegible] inuenimus et sanatus. Et a me petunt pro expensis aliis C. libr. turon. Et ante quam solute fuerint possum eundem carcerem super deum [illegible]. Moueatur ergo uestra pietas pater karissime super miseria mea et faciatis modis omnibus quod ab isto carcere ubi morior sim ereptus.

Responsio patris quod redimet eum.

Petrus de tali loco suo dilecto filio G. capto in tali curia salutem et gaudium optimum. Quamuis sua culpa sit fili non potest mutare paterna pietas quin eidem in tali articulo subueniatur. Non despexes ergo fili karissime quia usque ad talem diem [illegible] deo dante quod eris a carcere liberatus. Et mitto tibi tot solidos quibus interim facias sumptus tuos.

De eodem.

Petrus de tali loco. suo dilecto filio capto in tali curia. salutem et sue fatuitatis plenariam penitentiam. Cum sua culpa incidit in carcerem dignum est quod ibi tam diu maneat donec suam fatuitatem plenarie recognoscat. sicut tuis [illegible] litteris [illegible] quod fecisti tua [illegible] fatuitas fuisti in talia curia carceratus et modo petis quod te redimam propter illa bona opera quod fecisti. Scias ergo quod te non redimam isto mense nec alio. Non enim pro te uolo depauperare uel destruere domum meam. Sed ibi iaceas et facias longam penitenciam sicut decet.

Nepotum ad auunculos et eius epistole. Gus. nepos auunculo ut custodiat bona sua quam diu absens fuit.

Karissimo domino et auunculo R. de tali loco G. suus nepos deuotissimus salutem et se omnimode famulatum. [illegible] referet auunculi quod bona sua nepotis custodiat fideliter tamquam pater. Noscat uestra dominatio karissime auuncule per presentia quod ego sum aurel. pro dei gratia sanus et hylaris. et ibidem studeo proficio in gramatica competenter. Et quia de dominatione uestra fiduciam gero pleniorem precor karissime non tamen auuncule immo pater karissime ut cum diligentia custodiatis et fideliter bona mea.

De eodem.

Karissimo non tamen auunculo immo patri post deum super omnia uenerando domino P. tali ecclesie uenerando G. suus filius et nepos deuotissimus salutem et tamquam suo domino perpetuum famulatum. Demonstratione per presentia dominationi uestre cupio declarare quod ego sum aurel. sanus et hylaris pro dei gratia et ibi studendo in uniuersitate [illegible] proximo per [illegible] morari. Verum cum animum discessi presentia uestra conditum quod bona mea gratia libere procurauit. Et quia in nepotis absencia bonus debet auunculus tamquam pater bona fidelius procurare. Precor et moneo dominationem uestram de qua perfectius gero fiduciam pleniorem quatinus mea bona mobilia et inmobilia quam diu absens fuero cum diligencia procuretis. Et de uino in [illegible] mittatis quantum uobis mandauero annuatim.

Responsio quod libenter dum tamen faciat bonum factum suum.

Petrus tali ecclesie capellanus suo dilecto nepoti G. in tali studio commoranti salutem et inchoatum studium sine laudabili terminare. Paratus est semper bonus auunculus nepotem suum diligere et bona sua fideliter custodire. dum tamen laudabiliter faciat factum suum et attendat. Ergo tua dilecto nepos karissime quod bona tua custodiam fideliter atque bene. Precor tamen quod factum tuum in omnibus utiliter facias uinere(?) possis.

Iustum est quod auunculus sui nepotis absentis maxime res procuret negocia diligenter. dum nepos ita se habeat quod de ipso in ciuitate nulla possit infamia predicari. Scias ergo nepos karissime quod bonorum tuorum procurator ero diligens et fidelis. Precor tamen quod ita laudabiliter facias factum tuum quod nulla infamia sed bona fama de te possit in omnibus ad tuam patriam reportari.

Item auunculus nepoti quod malos rumores audiuit de ipso siquid male fecit scelere corrigat et emendet.

Petrus rector tali ecclesie suo dilecto nepoti G. in tali studio commoranti salutem et siquid minus bene fecit celeriter emendare. Dolens inquam refero nepos karissime quod ego et alii amici tui de te audiuimus rumores pessimos

afficiunt et conturbant. Dicunt enim qui veniunt de illis partibus quod tu commessationibus et glutonibus commoraris varios ludos et bachanalia frequentando. Quod si verum est precor nepos attendas ut quod male fecisti corrigas et verius emendes. Alioquin te nostris amicorum consilio et auxilio destitutum.

Excusatio nepotis

Viro venerabili et discreto domino P. rectori talis ecclesie G. suus nepos humilimus salutem et detractatorum verbis toxitatis aures suas nullatenus aperire. Non debet esse facilis ad credendum pius et discretus avunculus si quando forte audiunt quod aliqua sinistra faciat suus nepos. Nam rara fides est ideo adhibenda quod multi multotiens mentiuntur. Super hiis nepotis dis ergo que de me vobis data sunt, bone avunculi me precor habeat excusatum vestra dominatio venerandi. Nam mentiti sunt procedentes medios qui de me vobis talia predicaverunt. Non enim sum ita fatuus quod proprius et turpibus meos mores ydoneos permutassem.

Quod nepos avunculus quod faciat ei subsidium

Avunculo venerabili et discreto etc. ut supra. Non est tamen patruus immo pater benignus qui suo indigenti nepotulo manum porrigit adiutricem. Nostrat vestra dominatio per paginam quod ego sum in tali studio scolaris per dei gratiam et studeo in grammatica quantum possum et nichil habeo quid expendam nec possum sustentacionem meam in victu et paupertinam et hostiatim. Precor ergo lacrimabiliter bone avunculi ut michi studenti cum diligentia et indigenti non modicum dignemini vestrum suffragium destinare.

Responsio quod libenter

Petrus talis ecclesie suo dilecto nepoti G. in tali studio commoranti salutem et semper totis viribus ad honorem scientie suspirare. Cum nepos nititur studendo viriliter ad probitatis titulum pervenire dignum est quod sentiat manum sui avunculi adiutricem. Tibi ergo dirigens x solidos turonensium per latorem. Precor et moneo quantum possum quod statum tuum facias laudabilem omnibus viis possibilibus. Sciens quod si benefeceris meo subsidio gaudere poteris annuatim.

Quod nepos avunculo ut acquirat aliquod beneficium ecclesiasticum

Avunculo venerabili et discreto domino P. talis ecclesie rectori dignissimo G. suus nepos devotissimus salutem et debitum famulatum. Pro se laborat siquidem qui suo nepoti acquirit commodum et honorem quia nepos est omnino sui avunculi et sic prosequitur sua sunt omnia que nepos habet vel est in posterum habiturus. In labore scolastico sedulo moror sicut non ignorat vestra dominacio venerandi. Per dei gratiam tempus non inutiliter non consumpsi. Nam fundatus sum in artibus competenter. Sed cum nondum sim aliquo beneficio ecclesiastico confectus, laboret itaque avunculi pie vestra dominatio venerandi. Precor simpliciter quantum valeo quod alicubi possim beneficium competens ecclesiasticum obtinere.

Responsio avunculi quod impetravit quod erit canonicus talis ecclesie

Petrus rector talis ecclesie suo dilecto nepoti G. salutem et veram dilectionem. Verum est sine dubio quod nepotis decus et commodum redundat in gloria sui avunculi et honorem. Ideo eius promotionem debet cum diligentia procurare. Unde profecisti in studio nepos karissime unde multum gratulor et satis esset dignum quod aliquod beneficium ecclesiasticum competens obtineres. Accedas ergo indilate nam quod eris canonicus in tali ecclesia per dei gratiam impetravi.

Quod nepos avunculo ut impendat ei consilium et iuvamen ut per ipsum possit ad probitatis titulum pervenire

Avunculo venerabili et discreto etc. ut supra. De nepote filium credat pro avunculis immo filium proprium quem ipsum dirigit ad probitatis titulum impendendo ei consilium et iuvamen. Insinuatione presentium dominationi vestre me ligat venerande bone avunculi quod ego sanus et hylaris per dei gratiam studeo in tali loco in iure canonico quantum possum et si haberem libros lucratiua libenter laborarem quod possem ad probitatis titulum pervenire. Ad vos ergo refugio bone avunculi meum in hoc unicum refugium singularem supplicans deprecando ut in vestro nepotulo vestrum beneficium impendatis.

Petrus rector talis ecclesie suo dilecto nepoti G. salutem etc. ut supra. Multum pro certo gaudeo avunculus cum suum nepotem percipit ad probitatem et ad scientiam anhelare. Et ideo debet ad hec consilium et auxilium ministrare. Percepi prudenter per tuas litteras quod tu sanus et hylaris loco tali studes in iure canonico diligenter. Multum sum siquidem gratulatus et in hoc tibi do consilium et auxilium iuxta posse. Attendas ergo nepos karissime quod tibi tantam pecuniam per talem nuncium destinavi et dum tu laudabiliter facias statum tuum meum habebis consilium et auxilium et iuvamen.

Quod nepos avunculo quod cum nullum habeat refugium preter ipsum dignetur ei studenti et pauperi aliquod beneficium impertiri

Avunculo karissimo domino P. de tali loco G. suus nepos humilimus salutem et se ipsum ad pedes. Cum quis semper pius avunculus suum nepotem iuvare debeat tunc est maior misericordia cum pauper est in studio et non habet aliquod refugium preter ipsum

me iuuet itaque pie auunculi vra vna cum suis pu
primi in tali studio et non habeam unde possim que
hospitatum *Item nepos auunculo ut procuret quod*
Auunculo venera *alicubi apud ipsum valeat*
bili etc. ut supra .b. *collocari ut eidem serviret*
nunc decet quod fecit patruum quod *finiat tamquam pa*
suum nepotem procuret alicubi collocari ut s(upra)
valeat. Fuire quam diu habuit tamquam duo atque pa
ce vivunt vra donacio venerandi et quam aliquis
qui viuat in hoc mundo in contulit plura bona et
ideo non est mirum si vellem esse alicubi apud uos collo
catus et assidue uobis seruire in omnibus ut pos
se. procuret ergo vra bonitas pa mi non solum tamquam
patrue immo pater karissime post deum super omnia vene
rande quod alicubi apud uos possim honorabiliter
collocari. *Vt quod acquirat sibi ecclesiam patrui et posses*
Petrus rector tal' *sionem corporalem ueniat*
ecclesie. suo dilecto nepoti G. *recepturus*
in tali studio commoranti salutem et prosperitatem et gau
dium nunc et semper. discreto nepoti dum auunculus
locum et honorabilem et dignitatem acquirere uix
posse. Nam in statu nepotis et possiencis tutor p'
auunculi glorianti. Sciat ergo nepos karissime quod tibi
acquisiuit tal' ecclesiam pro bona tua et ad possessionem re
cipiendam ueniat non differas corporalem *Item nepos*
Karissimo non tamen patruo immo *auunculo ut procuret*
post parentis mortalibus *quod habeat beneficium*
honorando .h. G. suus nepos *ecclesiasticum vel prebendam*
humilimus salutem nunc et semper famulatum debitum
et deuotum. Decens est auunculo et multum honora
bile si per ipsum consequitur suus nepos beneficium vel pre
bendam Sciat pater pagina vra dominatio quod ego stu
deo in tali loco sanus et hylaris per dei graciam et pro
ficio competenter. Sed cum nullum habeam beneficium eccle
siasticum adhibeat precor cura diligentissima
vra pietas bone patrue uenerande quod in tali
ecclesia possim canonicus fieri vel saltem beneficium obti
nere. *Vt quod in tali ecclesia est sibi beneficium as*
Petrus rector talis *signatum et faciat suum*
ecclesie suo dilecto *suum in omnibus laudabili*
nepoti G. etc. ut supra. cum sint duo *tamquam probus*
casu sui nepotis reddit atque beneficia non est in
vni si procuret in quantum potest quod ei nepos habeat
gratum beneficium vel prebendam. Attendas ergo ne
pos karissime quod me procurante est tale beneficium
in tali ecclesia assignatum et ideo fac in omnibus statum
tuum utilem tamquam probus seruam adhuc deuotum
tuo maiora beneficia consequens *fratri ad fratres et ad*
Dilectissimis fratribus *sorores. epistole. Qui. fr.*
bz et sororibus *filiis quod parentes suos ho*
p. et b. et c. de tali loco G. *norent. et eidem seruiant*
eorum frater humilimus vel fidus *diligenter*
illius salutem et fraternale dilectionem. Sicut tes
tatur diuina pagina qui parentem suum et matrem
honorat longeuus efficiatur super terram. Nos
cat vra dominatio presenti pagina quod ego sum in
tali loco sanus et hylaris per dei graciam. tibi de
studeo proficio in tali studia competenter. dictum est in
vni multum si verum est doleo quod parentem meum et ma
trem non venerami ut debetis quod inde si verum esset
quod nullo modo possim credere magnum uobis dampnum
et obprobrium redundaret. precor uos ergo fratres et sororem
tenere in quantum valeo quod parentes nostros cum summa reue
rencia honoretis et deus dabit uobis honorem
et gaudium in hac vita et in futura
Fratri dilectissimo etc. Qui sub fratribus et obedi
ens suis existit parentibus non solum magis di
ligitur ab eisdem sed adeo et hominibus vniuersis. Ego
ergo frater karissime nostro patri obediens et subiectus qui sic
bene et cum magna diligencia nos nutriuit. Quod
quidem si fecisset honorem et commodum quo ad deum et se
culum consequeris. aliquem assensu quo nota grand
intellectum. *Item frater fratri ut inducat parentes dili*
Fratri dilectissimo *genter ut eidem mittant pe*
.p. de tali loco G. eius *cuniam indigenti*
frater fidelissimus salutem et amorem suum in perpetuum
consuetudinum quantum se ipsum debet quisque diligere
fratrem suum. ex sint ex eodem sanguine generati
et parentes inducere diligenter quod ei indigenti sub
ueniant. Sciat frater karissime quod ego studeo aureli
in tali studia quantum possum non tamen pro me deus
scit sed pro te maxime qui habes uxorem et tu tua
filios et filias procreabis. quorum utilitatem sibi
vero procurabo ac si essent de meo corpore ge
nerati. sed cum non habeam quid expendam te precor
karissime frater quod parentem et matrem inducas cum diligencia
et districte quod in procurent denarios destinare
Dilectissimo fratri suo *Item frater fratri quod attendat*
quam plurimum venerari *quod promisit*
.P. mercatori de tali loco. G. suus frater hu
milimus et fidelis salutem et cum fraterna dilectio
ne perpetuum famulatum. Non solum quod promittit
frater sed plus et debet attendere bonus frater. Nostrat vra
discretio et dilectio frater karissime quod ego studeo

dilectis in iure canonico et proficio competenter et tamen
indigeo meorum consilio et auxilio amicorum. Atten-
dens ergo bone frater quod mihi promisisti constantia dilecti-
onis gratiosa. Videlicet quod mihi dares .c. s. turonensium an-
nuatim. Ego enim si vixero et amicis meis omnibus
de beneficiis mihi collatis respondebo taliter quod merito
quod inde poteris gratulari. Item frater sorori quod mit-
tat ei aliquid et si aliter non habet potest in domo patris vel mariti accipias furtim

Sorori dilectissime .b.
de tali loco filius talis
viri .G. suus frater humili-
mus existens pauper scola-
ris in tali studio salutem et amorem dilectionis
quo posset ullo aliquis explicare fratrem suum debet
soror tamen diligere pia quod si aliter non quat habere fur-
tim dz aparentibus vel marito accipere qeidem
indigenti valeat ministrare. Tua ergo dilectio
soror dulcissima me procuret indigentem
non modicum suo grato munere visitare. Sum enim
pauperrimus et non habeo quid expendam. Item frater so-
rori quod discrete et subtiliter inducat ut inflamet maritum suum ad amorem ipsius et ad subsidium faciendum

Soror discreta et calli-
da suum dz maritum
et parentes et ad amorem sui
fratris indigentis et subsidium
inflammare. Soror dulcis
tua noscat dilectio quod ego sum in tali studio
sanus et letus per dei gratiam. et ibi addisco et facio
factum meum. multas tamen patior paupertates. Iace-
o quidem in palleis sine linteaminibus. discalcea-
tus et male vestitus sum sine camisia et solo mi-
de pane non loquor de companagio non possit re-
ficere ventrem meum. Precor ergo soror dulcissima
quod diligenter et subtiliter tuum inducas maritum quod tu-
tum potius tamen aliquod pecuniarum michi
mittat. Val. Responsio quod soror .c. sol. turonensium mittit et duo paria linteaminum et .x. ulnas de subtili tela que furtim in domo mariti accepit et nulli penitus revelletur

Fratri dulcissimo
.P. de tali lo-
co in tali studio
commoranti .b. eius soror
fidelis humilis et devota salutem et amorem ma-
iorem quam posset aliquis cogitare nullo modo
possem exprimere illam angustiam quam passa
sum per dictas frater tuas litteras clausas. Nam per ipsarum
tenorem percepi pro dolor te esse in tanta pauper-
tate quod in paleis iacebas sine linteaminibus
discalceatus et vix habere poteras panem quo
posses tuam esurientem saturare. Feci quod
potui frater dulcis et humilis .c. sol. turonensium et

Valeat

in domo mariti accepi et nulli penitus reve-
letur. Amicorum ad inimicos epistole. Vnus mi-
les militi ut faciat ei emendam competentem
fieri quia quidam suus rusticus quendam
suum hominem vulneravit

Viro venerabili et discreto tali militi talis
miles salutem. Dum tamen non faciat iniuri-
am vel gravamen. Quidam vester rusticus .b. nomine
talem meum hominem sine causa rationabili vulneravit
precor ergo nobilitatem vestram quatenus super hoc facia-
tis mihi et predicto homini emendam fieri competen-
tem. Alioquin tamen dampnum et iniuriam sibi
factam non possem sub silentio sine magna
verecundia preterire. Responsio quod non faciat quod non debet

Nobili viro tali militi talis miles si per ipsum
non stetit salutem prius et amorem. Mihi vestris
mandastis litteris quod vobis facerem emendam fieri
super hoc quod quidam meus rusticus quendam vestrum
hominem predictum vulneravit qui meum malefice
intelexitur. Vnde cum liceat vim vi repelle-
re dum ius canonicum et leges. et homo meus se de-
fendendo vestrum vulneravit qui meum ma-
lefice intelexitur. Non propter hoc emendam sibi de
faciendam. Non enim est puniendus aliquis vnde
meretur habere commodum et honorem. Miles dif-
fidit militi tem-

Talius miles tali militi nec
salutem nec amorem. Iustum est quod
qui ius suum non potest consequi. Amorosus ad-
ose salutem si valeat consequatur. diffido ergo ma-
nifestam vestram superbiam. et vos preter-
litores quod maliciose et temporibus michi fa-
cere de dampno et vituperio quod contra me talis
vester rusticus perpetravit talem meum hominem
per suam tamen maliciam vulnerando. Responsio quod non
timet guerram suam

Talis miles tali militi non salutem
nec amorem. Sicut vulgale
dicit proverbium lupus capra mortua non
terretur. et qui plus minatur multotiens
plus timescit. Me diffidavit predicte vestra mali-
ciosa fatuosa. et ego diligens multum plus guer-
ram quam concordiam vestram. diffido ergo vos
et vestra. Item miles militi quod non emendavit iniuriam quam filius fecit suum filium vulnerando et reddere si potest talionem

Nobili vi-
ro tali militi talis miles
salutem. Si eidem satisfacere ab
eodem qui de iniuria irro-
gata. dignum est illi facere dampnum et in-

Valeat

duo paria linteaminum et x ulnas de subtili tela que omnia ego dirigo per talem hominem scilicet portitorem. Caue tamen cum magna diligencia ne hoc possit ad mei mariti noticiam peruenire. Nam si hoc sciret mortua essem penitus et destructa. Ipse enim prout credo firmissime ad instanciam mei in breui tibi pecuniam ministrabit uel destinabit.

Frater infirmus sorori quod ueniat ad ipsum

Sorori sue dilectissime et cetera ut S. sororis dilecte grata presencia sit sui delectantur non modicum mens et corpus infirmitatis molestia sum grauatus quam plurimum soror pia et credo firmissime quod si tuam uidendi gratam presenciam cito essem ad sanitatem pristinam restituturus.

Consanguineorum ad consanguineos epistole vii. Consanguineus consanguineo quod iuuet eum contra quem mouit contra talem qui multas iniurias irrogauit

Dilecto consanguineo suo et fideli P. de tali loco suus consanguineus fidelissimus et deuotus salutem et dilectionem perpetuam conseruandam. Consanguinei eiusdem carnis et sanguinis unus debet alteri dare consilium in omni negocio et iuuamen. Literarum presencia dilectioni uestre clareat uenerande quod tractura talis comitis propono tales milites querere qui mihi maxima dampna et iniurias irrogauit. Et quoniam uos habetis noticiam predicti comitis et eius pericula precor dilecte consanguinee quod super isto articulo mihi uestrum consilium et auxilium impendatis et ad dictam curiam tali die si uobis placeat ueniatis.

Responsio libenter

Dilecto consanguineo P. de tali loco salutem et dilectionis omnimode firmitatem. Mandasti mihi pridie deprecando quod te iuuare deberem in causa quam promouisti mouere contra tales milites in curia talis militis uel comitis tali die. Et ego respondeo dilecte consanguinee quod quamuis aliter sim impeditus multis negociis in isto casu tali auxilio et dabo consilium et auxilium iuxta posse et in predicta die si deus mihi concesserit uitam et cetera.

Item consanguineus consanguineo quod noceat tali in quantum poterit quia quidam suum consanguineum interfecit

Viro uenerabili et discreto domino P. de tali loco G. de tali loco suus consanguineus deuotissimus salutem et amorem perpetuum firmitatem. Corpus suum et pecuniam debet ponere consanguineorum unus pro morte alterius uel iniuria uindicanda. Procuret igitur dilecte consanguinee. Precor et moneo quantum possum uestram discretionem tali nocere in quantum poterit qui de B. de tali loco meum consanguineum interfecit.

Item consanguineus consanguineo ut iuuet eum contra talem inimicum suum capitalem

Dilecto consanguineo domino P. militi de tali loco suus consanguineus deuotissimus et fidelis salutem et amorem perpetuum conseruandum. In omni necessitatis articulo debet esse paratus consanguineus in quantum poterit suo consanguineo subuenire. Uestram igitur dilectionem et nobilitatem precor et moneo domine consanguinee quantum possum quod contra B. dominum talis castri meum inimicum capitalem mihi uestrum auxilium impendatis.

Responsio ...... quod ...... libenter

Dilecto consanguineo et cetera. In [?] G. maturiores consanguineorum degradat qui suum non defendit et non iuuat consanguineum quantum potest contra suos quoslibet inimicos. Attendat igitur uestra dilectio consanguinee uenerande quod contra talem et talem quoslibet inimicos meos alios tales uobis consilium et auxilium prout duxeritis requirendum et scribere literis uel nuncio mihi quid uoluntatis quod faciam intimetis.

Consanguineus pauper suo potenti consanguineo quod defendat eum

Viro uenerabili et discreto domino P. militi de tali loco G. de tali loco suus humillimus consanguineus salutem et seruicium perpetuum et honorem. Nullum genus timeretur aliquod nisi consanguineorum alter alterum defensaret. Cum igitur talis miles mihi faciat dampnum et iniuriam quantum potest precor simpliciter et deuote quod propter me uestrum consanguineum quamuis pauperem ab ipsius malicia dignemini defensare.

Responsio quod si inuenerit eum tractabit taliter quod inde erit plenarie uindicatus

Dilecto consanguineo suo G. miles de tali loco suus consanguineus salutem et amorem. Non est de bona natura qui suos consanguineos impotentes et pauperes non defendit plus et quam diuites et potentes. Attendas igitur karissime consanguinee quod si talem inimicum tuum et meum tu gratia in uenire potero ipsum tractabo taliter quod inde eris plenarie uindicatus.

Sociorum ad socios epistole xi. Socius socio quod recipiat pro hospicio cameram quam in tali tempore [?] per se scolaris cum uisitabit

Dilecto suo amico P. de tali loco [?] suus commoranti B. de tali loco clericus salutem et amorem. Vinculum in perpetuum obseruandum. Unus alterius sociorum fidelium debet procurare negocia diligenter pro eodem hospicio retinendo et camera et alia que sibi necessaria uidebuntur.

Precor igitur quod hoc pro me faciat vestra dilectio curiose. Nam vestram presenciam in tali tempore visitalo sideris mihi vitam concessit et salutem et vobiscum in eodem hospicio et etiam in camera pono et desidero si vobis placuerit commorari.

Rescriptio quod pro ipso retinuit cameram et locum in hospicio et nullatenus remaneat quasi si non veniret oporteret eum solvere.

Precordiali socio et fideli P. clerico de tali loco G. de tali loco existens presentis salutem et dilectionis omnimode firmitatem. Cum mandastis per vestras litteras graciosas, dilectissime socie, quod pro te hospicium et cameram retinerem quam primum proponis in tali tempore causa studii presentis visitare, nunquam multum siquidem sum letatus et quia pectus tuam societatem habere cupio quod mandastis effectui mancipavi. Propter quod tu attencius quod venire nullatenus non dimittas. Nam si non veneris me oportet solvere pro me et de camera et hospicii pensionem quod esset mihi magnum incommodum et gravamen.

Item socius socio ut de ipso predicet bonam famam scolaribus et hortetur parentes suos ut eidem mittant pecuniam indigenti.

Dilectissimo socio discreto viro et benignitatis moribus titulo commendando P. clericus de tali loco clericus existens in tali studio eius socius et amicus devotissimus et fidelis salutem et dilectionis perpetue conservandum. Seminare de sociorum vestro de alio bonam famam et parentes suos inducere ut sibi mittant pecuniam indigenti. Precor igitur ut hoc pro me faciat vestra dilectio diligenter et taliter quod inde tenear vobis servire in perpetuum in casu simili et maiori.

Item pauper socius socio facto diviti ut eidem aliquod beneficium largiatur.

Viro venerabili et discreto domino P. rectori talis ecclesie G. clericus in tali studio quondam socius suus et nunc amicus devotissimus et fidelis salutem et dilectionis omnimode firmitatem. Si de iure unius sociorum dictavit in paupertate altero remanente dives deberet secundum deum et equitatem pauperi dare consilium et iuvamen. Mihi relatum est et non multum gaudeo quod vestris talis ecclesie rectoriam retinere possitis ut debeo quod amici vestri memoria per fortunam nunc nobis prospera elabitur. Manum vestram implevit dominus et cum manus mea sit vacua de vestra plenitudine repleatur.

Rescriptio quod libenter.

Dilectissimo socio suo P. clerico de tali loco in tali studio commoranti G. rector talis ecclesie salutem et dilectionem perpetuam firmitatem. Verum confiteor amice karissime quod dum fortuna nos tenuit in annis et gracia firmum et integrum amorem habuimus. Et si michi venit cum leta facie fortuna prospera, ideo non mutavi meum animum nec mutabo paupertatis in tempore te considerante. Hinc non recusso felicium te habere participem et tibi munusculum ad presens dirigo C solidos. Videbis gratum habeas recepturus meum in personali presencie situm transire debemus quod multum desidero ad amicum.

Item socius socio facto episcopo ut det sibi beneficium.

Viro venerabili et discreto domino P. benignitatis moribus et sancte titulo preeminenti dei gratia tali episcopo G. de tali loco clericus suus quondam socius devotissimus et fidelis salutem et se ipsum ad suum in omnibus famulatum. Ad me venit et multum inde gaudeo quod ad sedem pontificalem et honorem talis ecclesie nos vocavit. Promisisti michi et unum recollo et vos idem recolitis sicut credo quod pro secundo a vobis reciperem. Si per se vivam vestram comminisse cedente domino in diviciis certus ad honorem aliquem sublimari. Attendat igitur sicut decet vestra benignitas quod promisit in tali michi beneficio providendo quod sit vobis decus et michi profectus.

Rescriptio quod ad eum veniat et tamen sibi de competenti beneficio providebit.

Petrus dei gratia talis episcopus amico suo dilectissimo et socio G. clerico de tali loco salutem et cum episcopali benedictione amoris perpetui firmitatem. Ad nos venientes veniunt littere ut nobis provideremus de aliquo beneficio postulantes. Vera qui pro se ipso expectant a viris potentibus ab eorum non debent lateribus elongari. Si multis igitur vobis nos esse utiles ad nos accedite. Nam de meo beneficio poteritis gratulari.

Item socius socio ut accommodet sibi summam decretalium et eam sibi reddet sine dubio tali die.

Dilectissimo socio P. clerico de tali loco in tali studio commoranti talis eius socius fidelissimus et devotus salutem et dilectionis vinculum incorruptum. Si libris vel rebus aliis alterius sociorum alter indigeat satis est dignum quod faciat eidem copiam commodando. Precor igitur dilectionem vestram quatenus summam tituli decretalium michi si vobis placeat commodetis. Ego enim vobis reddam ipsam infra talem diem cum actione multimoda graciarum.

Rescriptio quod libenter.

Dilectissimo socio et cetera ut supra qui sine

magno pot dispendio comodare dz suo dilecto
socio quicquid pot. Attendat g'o vra dilecto q summa
sup titulis decretalium nobis mitto quo in sicut
p die consuistis p vras lras graciosas. Rogans
q infra talem diem eamdem m si nobis plac
at remittatis. It socius socio ut reddat sibi

Dilecto so summa quam eidem accomodauerat
cio et c. ut s. h tenore nobis accomodaue
ram summa sup titulis decretalium q ad manu
meam infra talem diem v eminus reuenirt
Terminus quidem pteritus est et no du hui su
mam dcam si nobis placeat remittatis ut
me possetis hre facilem ad maiora vobis de
cetero concedenda. It socius hortatur socium

Petrus de tali ut veniat ad studium
loco existens in tali studio. suo dilecto
socio. G. de eodem loco salut et ad probitatis at
q scie titulum suspirare. Socialis requirit dilec
to q vnus alterum sociorum cum diligencia ex
hortetur. ut faciat q in suu possit decus et co
modu redundare. Te precor g'o et exhortor dilectis
sime socie quod huc ad studium venire no diffe
ras ullo m. potius enim addiscere. vnum melius
atq habilius deo fungas et honorabilius potis
in hac vita inter laycos et clicos conuari

Amico fidelissimo Amicorum ad amicos
et benigno. p eple. xx. Amicus amico
de tali loco. G. suus ut eidem notificet sta
amicus firmissimus et deuotus tum suum.
salutem et dilectonem omimode firmitatem
Amicorum fidelium int ceter dignoscitur q vnus
alteri statum suu notificet p nuncium v lras qn
pot. Nam si bonus fuit eam eidem afferet
gratulandi v exultandi. Noscat vra dilec
to venerandi p pagina q ego sum in tali
studio sanus et hylaris p dei graciam et aduotu
m succedunt oia diuina gra largiente et
multu hre desidero noticiam status vri. pre
cor g'o dilectonem vram qtus m statum vrm et con
tinenciam cu diligencia rescribatis v nuncio de
claretis Amicus refert grates multas amico

Amico fidelissimo et fideli suo q voluit hre no
p. de tali loco. G. eius ami ticiam sui status et eu
cus fidelissimus et pfectus si rescrib ut litas p
salute et cu dilectone ppetua bonorum omium psentes
vbtate. Cu vnus amicorum alterius scire statu
desidat dignum est q eidem cu actone graz mul
timoda rescribatur. Sciatur g'o q ego sum in
tali loco sanus et hylaris p dei graciam. et maior cu

tali duo curam cui oculis tanta tueni graciam
q de bonis suis amicos meos possim proficere et
efficere si velim pre ceteris amicos. et michi plus desi
dero quam vra videre faciem probitatem. Rogo
q qm poteritis in statum vrm cu diligenciam res
cribatis ~~v nuncio declaretis~~ et promitto si qd
q poteris sum facere voluntatem vram conubz
viribz posse. It amicus conqueritur de amico suo

Amico q postquam recessit ab eo no notifica
dilectissimo et c. ut s. Ce uit statum suum
via dilecto nec loco nec tempore dissolunt
intuallo. de amore vro confidebam fiduciam
et audelem firmissime q sepe hrem a vobis
nuncii. aut saltem lras sup ee vro noticiam
ostendentes. Cito corrigite quod male fcm est
et de statu vro quam scire multu desidero quocius
me reddite certiorem. It amicus amico ut

Amico dilectissimo reddat g'o carnes venatici
nobilitatis et probi quem promisit
tatis titulo decorato. p militi de tali loco. G.
miles de tali loco eius amicus firmissimus salute
et prosperitatem et gaudium cu dilectone ppetua
conseruanda. Quod a bono viro promittitur cic
dz effectui mancipari. Nam multi solent hre
promissa qua diu est expectantur. vra pro
misit m dilecto carnes venaticu et mi vri
hco q m mitte no curauit. vrum g'o beniuo
lenciam et nobilitatem. precor et moneo q pro
missus carnes venaticas m platorem pferus
mittatur. Ro q libenter et anto misissem

Amico si potuissem fideli nuncium inuenisse
fidelissimo v dilectissimo et c. ut s. Ca
differt si quidem no auferetur nobis dudum
carnem venaticam q nobis pmiseram desti
nare. Sz dilationis ca fuit defectus boni
nuncii quem nequiuimus potui inuenire. Sz nunc
nobis mitto leporarium optimum. p. platore
patus facere vrm placitum in omnibz viribz posse

Viro nobili et potenti It amicus amico ut in
tali milit. talis uet eum in guerra q
miles suus amicus fidelissimus salt habet
et bonorum omium incrementum. Nullo m me
lius quam p effectum operum vera dilecto comprobat
cum g'o guerram habam cu tali milite odiosa
precor et moneo quantum possum q me iuue
tis viriliter contra ipm sicut ego in casu simili
consummarem. Ro quod libenter

Viro nobili et discreto et c. ut s. Non est
verus amicus immo sophisticus qui necessita

ti sarcido amico suo subsidium denegaret
attendat ergo vestre nobilitatis probitas venerandi
quod in ista guerra quam habetis contra talem cum tot equis
munitis de ferro quam diu dicta guerra duraverit
meis sumptibus vos iuvabo. Compromittens firmissime
quod in casu consimili adiutorium faceretis. Item amicus

Uno venerabili et potenti amico ut iuvet
et cetera. ut supra. non in dolosis eum sicut multociens
labiis. sed in effectu operis vera di Promissio —
lectio experitur. Quem promisistis multociens
vera dilectione quod si contingeret fore necessarium michi vestrum pos
sem habere subsidium contra meum quemlibet inimicum. Sed cum
nunc guerram habeam cum tali milite odiosam pre
cor et moneo quantum possum. quod iam nunc sicut
decet ducatur promissio ad effectum. Item amici

Amicis suis omnibus cuius amicis suis omnibus ut
et specialiter. b. et p. et h. G. iuvent eum in guerra
suis nobilibus et discretis. talis miles qui habent
les salutem et dilectionis vinculum incorruptum. Nu
guerram habet vel gravamen aliquod amicorum suorum
debet subsidium implorare. Ad vos ergo refugio tamquam
ad amicos meos bonos et fideles ut in hac guerra
quam habeo contra tales milites odiosam propter suam maliciam
atque superbiam manifestam michi vestrum consilium et
auxilium impendatis. Item amicus amico ut tali

Uno nobili et discreto die veniat ad eum cum tot
to et potenti sue militibus et peditibus quod
mutatis titulo dicto potest congregare. Siam
dato. p. domino. talis castri exploratum est ei ut trami
talis miles amicus suus fidelis inimicorum potest facere
simul atque firmus salutem et cum magna predam
torum successivam libertatem. Hoc requirit
vera dilectio amicorum quod unus iuvet alterum in
quantum potest et defendat. precor ergo strenuitatem
vestram. de qua magnam gero fiduciam ut
in tali die ad talem locum. cum tot militibus et pe
ditibus quot habere poteritis veniatis. Nam explo
ratum est michi per exploratores optimos nisi in
terra inimicorum meorum super inimicos meos poti
mus facere magnam predam. Responsio quod libenter

Uno nobili et cetera. caveat tamen quod bene sit explo
ut supra. in vestris man ratum ne frustra
datis litteris graciosis quod ad ipsum faciat laborare
talem locum ad vos veniam tali die cum tot
militibus et peditibus quot potero congregare
quod quidem libenter faciam volens vestre volun
tati promta et in omnibus obedire. Sed quia hono
rosum est non modicum et et sumptuosum ducere
longe aliquantulum pedites multos et milites

precor et moneo ut michi mandastis si exploratum
talis ne in vanum aliquatenus laboremus. Item

Uno nobili et cetera. ut supra. miles militi amico
sicut non ignorat vestre suo ut reddat ei ho
nobilitatis strenuitas di mine suum quem te
vulgata. vobiscum pacem habeo net captum
et concordiam et amorem. quam in vestris guerram cum
tali milite meo proporcionario habeatis unum in
sultum quod in tali loco fecistis pridie tot bones
meos et hominum sine dominatione si vobis pla
ceat remittatis. et hoc faciatis qualiter in tali
casu simili facere me velletis. Responsio quod libenter et

Uno nobili et cetera. faciat homines suos portare
ut supra. multa per aliquod signum speciale
ignoranciam excusant quod discerni valeant ab
quasi fieret ex certa sciencia non haberent omnibus inimicis
maciam excusandi. Excusatum ergo me habere de
at vestra nobilitas veneranda super hoc quod in tali lo
co accepi pridie tot boves meos et tales homines
quos non credebam fore vestros. Sed talis militis cum quo
habeo guerram et discordiam odiosam. et pecora bo
ves et homines vobis mitto. Sicut michi mandastis
vestris litteris graciosis. et ne per consimile contingat dece
tero. precor et consulo ut vestris hominibus prohibe
tis universaliter ne clament cum vident meos
clientes vel milites nec eosdem cum aliis per se
quantur vel fugiant. sed aliquod signum habeat specia
le quo distincte ab aliis cognosci valeant.
Sic ex parte mea et vallitorum meorum secure po
terunt commorari. Item amicus amico ut iuvet

Amico dilectis sibi peccuniam
simo venerabili et discreto. G. de tali loco.
P. de tali loco eius amicus fidelissimus salutem
et amoris perpetui firmitatem. Amicorum requi
rit dilectio. quod unus iuvet alterum mutuando
peccuniam vel aliter quantum potest. precor ergo dilectionem
vestram de qua magnam gero fiduciam ut michi tan
tam peccuniam mutuetis. Nam ipsam vobis
reddam sine dubio tali die cum actione multi
modi graciarum. Responsio quod libenter. sed reddat

Amico dilectis eam ei tempore assignato
simo et cetera. Iustum est sine dubio quod amicorum
alter alteri amorem faciat mutuando peccuniam
vel aliter quantum potest. attendat ergo vestre dilectionis
integritas veneranda. me vobis mutuo tan
tam peccuniam per latorem presencium destinasse. sicut
michi mandastis per vestras litteras graciosas. Sum et ero
paratus facere vestram voluntatem in omnibus iuxta posse
precor tamen attencius ut predictam peccuniam michi resti

tuatis in termino quo mandastis. Scolarum enim solvendo mutuum post facultatis videre. Item.

Amicus amico ut restituat sibi pecuniam.

Viro venerabili etc. pro gracioso fructu non est bonum reddere dampnum vel disturbium odiosum ad unum. Precum instanciam vobis tantam pecuniam mutuam et tali tempore eam michi restituere promisistis tempus enim preterit et nondum est michi mea pecunia persoluta. Unde mirans quamplurimum vobis mando ut non differatis michi sepedictam pecuniam per latorem presencium destinare, ut inter nos nascatur valeat materia discordandi.

Responsio quod libenter tunc non habuit pro malo quod ante non misit non enim potuit fidelem nuncium invenire.

Amico dilectissimo etc. magnum decus et commodum michi fecit vestra dilectio suam pecuniam mutuando, et quare non solvi dictam pecuniam tali assignato tempore non fuit negligencia sed impotentia transmittendi. Non enim meum habebam nuncium neque potui aliquem ydoneum invenire. Sed nunc mittens vobis vestros denarios cum actione multimoda graciarum. Precor attencius ut quod tamen distuli solucionem facere hoc pro malo non habeat vestra benignitas veneranda. Sed denarios et quicquid habeo possetis accipere ad usum commodum et honorem.

Item scolaris amico suo ut roget episcopum pro scolis sibi conferendis.

Viro discrecionis et honestatis et morum gratia redimito domino P. talis ecclesie canonico G. suus humillimus clericus tamquam et famulus devotissimus salutem et subiectionis et dilectionis omnimode famulatum. Amicorum fidelium in necessitate dignoscitur, quod vestri alta quam decus et commodum quantum potest in salubre scolastico sedi ducatis sicut vestra dominacio non ignorat, nisi consilii tempore sirpitum per dei graciam. Nam provectus sum tali in scientia, ut ubique possum exercere scolarum regimen cum honore et ex de donacione vestra percepisse gero fiduciam pleniorem. Precor attencius ut cum domino tali episcopo habeatis colloquium diligenter ut michi dignetur in tali loco scolarum regimine assignare et quod penes ipsum impetrare potestis michi procuretis per primum nuncium quem in benevolentis reserare.

Responsio quod impetravit et ceterat.

Potestus canonicus tali ecclesie. Amico suo dilectissimo G. in tali studio commoranti salutem et condilectione perpetua leticiam et honorem. Semper michi placuit tuum decus et commodum et non leticius fui perdie cum percepi tuis aspicibus graciosis te profecisse taliter quod gubernator possis scolarum fieri et magister.

Sciatis ergo quod sicut michi mandastis cum tali domino episcopo habui diligenter colloquium et ipsum inveni promptum et voluntarium et super regimine scolarum et aliis beneficiis providere te. Precor ergo ut venire non differas ullo modo. Nam ubi potestis inter amicos tuos honorabiliter commorari.

Item scolaris amicis suis ut mittant sibi unde possit redire ad patriam cum honore.

Amicis suis omnibus de tali loco et specialiter P. et B. et H. quamplurimum diligendis G. salutem et dilectionem perpetuam et honorem. Noscat vestra universitas dilecta veneranda quod ego propono in paschali tempore patriam primam visitare et illuc scolas regam decreto honorabiliter deo dante ad decus et commodum meorum omnium amicorum. Precor ergo dilectionem vestram quatenus michi decem libras turonensium transmittatis quibus equitaturam et vestes competentes valeam comparare et decenter venire ante vestram presenciam probitatem vestram. Unius est decus et gloria est omnium et cuiusque amicorum.

Amicorum ad inimicos epistole VIII. Miles militi ut faciat sibi emendam competentem fieri quia quidam suus rusticus graviter suum hominem vulneravit.

Viro venerabili et discreto tali militi vel talis miles salutem dum tamen non faciat iniuriam vel gravamen. Quidam vester rusticus B. nomine talem meum hominem sine causa racionabili vulneravit. Precor ergo nobilitatem vestram quatenus super hoc faciatis michi et predicto homini emendam fieri competentem alioquin tantum dampnum et iniuriam michi factam non possem sub silencio sine magna verecundia preterire.

Responsio quod non faciat quia non debet.

Nobili viro tali militi tantum talis miles si ipsum non fecerit salutem pre amorem. Quod vestris mandastis litteris quod vobis faciam emendam fieri super hoc quod quidam meus rusticus quendam vestrum hominem pridie vulneravit qui meum interficere intendebatur. Verum cum liceat vim vi repellere secundum ius canonicum et civile et homo meus se defendendo vestrum vulneravit qui meum interficere intendebatur. Non est propter hoc emenda siquidem facienda. Non enim est puniendus aliquis qui meretur habere commodum et honorem.

Miles diffidat militem.

Talis miles tali militi nec salutem nec amorem. Iustum est quod qui suum non potest consequi amorem odiose saltem si valeat consequatur. Diffido ergo manifestam vestram superbiam et vestros pre valitores quod maliciose contempnitis michi satisfacere de dampno et vituperio quod contra me talis vester rusticus perpetravit.

uit talem meum hominem per suam tantum maliciam vulnerando. R(esponsio) quod non timet gwerram suam.

Talis miles tali militi nec salutem nec amorem. Sicut vulgaliter dicitur proverbium: lupus capra mortua non terretur. Et qui plus minatur minus totiens plus timescat. Ex diffidavit pridie vestra malicia fastuosa, et ego diligens multum plus quam concordiam gwerram vestram diffido quod vos et vestra.

Quod miles militi quod non emendavit iniuriam quam sibi fecit suum filium verberando cito reddet et si poterit talionem.

Nobili viro tali militi talis miles salutem si eidem satisfecerit ab eodem de iniuria irrogata. Dignum est illi facere talionem dampnum et iniuriam qui hoc inferre alteri non veretur. Magnam iniuriam et vituperium in fecistis pridie talem meum filium verberando quod non emendavistis sicut decet cito habebitis si ego potero talionem.

R(esponsio) quod non verberavit ipsum aliter nisi quod dedit sibi alapam quia percusserat suum leporarium et ob hoc non emendaret quod valet aliquid te nius vestra falsa

Talis miles tali militi salutem si vult petit et amorem; alioquin inimiciciam ac per gratiam. Vester filius sua fatuitate atque lascivia quendam meum leporarium quem multum diligo percusserat pridie malorum. Et ego iratus cum correctionis et dedi ei alapam satis levem. Et vos multum michi minamini nisi emendam super hoc fecero competentem. Ego quidem parum timeo minas vestras, non enim minus flectitur nisi terretur et cor virile non super hoc emendam habebis quod valeat aliquatenus vestram falsam.

Quod miles militi quod nisi ei restituat pratum suum accipiet quecumque poterit sua bona.

Talis miles tali militi salutem nisi eidem faciet iniuriam manifestam. Iustum est illius bona capere qui aliorum iniuste detinet vel usurpavit. Reddatis igitur michi quod de meo teneatis propter vestram superbiam et maliciam manifestam, videlicet tale pratum quod a me iure hereditario noscitur pertinere; alioquin accipiam ubicumque potero bona vestra.

Talis miles tali militi salutem et amorem si velit. *R(esponsio) quod in eo tenet de suo et michi ... minas suas.* alioquin totum contrarium intellectum. Sicut dicit iuris auctoritas nulli facit iniuriam qui utitur iure suo. Tale pratum habeo et possideo tamquam meum quod ad vos minus vere dicatis pertinere et minatur vestra superbia satis nota bona mea capere nisi vobis restituam dictum pratum. Parum quidem timeo minas vestras et si de meo aliquid maliciose forte tetigit manus vestra inde cito vos faciam penitere.

Mandatum ... ad prepositos et eorum epistole. XXI. Rex francie aurel(ianensi) preposito quod latrones et raptores conquirat et pugniat tali modo quod tota terra sit quieta penitus et secura.

Ludowicus dei gracia rex francorum fideli suo P. aurel(ianensi) preposito salutem et suam graciam. Sicut spinis et tribulis et herbis nocivis omnibus purgat bonus agricola agrum suum ut ibi puram segetem habere valeat atque mundam, ita regentes terram quilibet debet ipsam purgare malis hominibus et purgatam mundare ut eandem possit gubernare pacifice et quiete. Per querimoniam multorum procerto didicimus quod in civitate aurel(ianensi) et circa diocesim sunt tot fures et latrones et raptores quod ibi non possunt secure morari in suis domibus habitantes neque ire per itinera sine mortis periculo viatores. Et de novo in tali nemore quidam mercatores fuerunt rebus suis omnibus spoliati et quidam mortaliter vulnerati. Unde magnum obprobrium et magna infamia generatur nostre regie maiestati, qui consuevimus per longinquas regiones precunctis regibus de pace atque iusticia commendari. Ergo tibi districte precipimus quod terram tibi commissam custodias et malefactores predictos conquiras et pugnias tali modo in furcando, suspendendo, excecando oculos, manus et pedes et auriculas prout excessus exigunt detruncando, quod tota terra sit quieta penitus et secura et ad nostram audienciam non possit de cetero querimonia super hiis deportari. Alioquin te noveris nostre magne indignationis penam debitam in brevi tempore incursurum.

R(esponsio) quod non potest et mittat ei aliquorum auxilio ut hoc possit facere.

Illustrissimo domino L. dei gracia regi francie V. suus fidelis aurel(ianensis) prepositus salutem et debitam fidelitatem. Cum subditus non potest adimplere preceptum sui domini impediente malicia perversorum, excusari non debet per impotenciam sed eius auxilium vocare quo mediante valeat superbiam et maliciam sibi resistencium refrenare. Precor igitur dominationi vestre magnificenciam divulgatam huc aurel(ianis) mittatis aliquos de vestra curia militares quorum auxilio valeam latrones et malefactores quibus in civitate aurel(ianensi) et diocesi conquirere et pugnire. Et eisdem aurelianensibus precipiat vestra dominatio comminando sicut expedit quod michi obediant consilium et auxilium ad pacem

et iusticiam conservandam. Sciatis etenim quod tam sunt pertinaces in sua malicia consueta quod per me solum non possem sine vestro auxilio tenere iusticiam inter ipsos.

Rex francie aurel' quod non obediant suo preposito sicut decet puniantur

Ludovicus dei gratia rex francorum universis aurel' fuis suis fidelibus deo et hominibus et perversis loco salutis persecutores et pestilencias et honorum suorum omnium et personarum maxime detrimentum. Filii Cypre filii dyaboli gens perfida. Rex francorum rubigo totius fidei cessabit iniqua iniquitas vestra cunctis populis manifesta. Vos enim et progenitores vestri nequissimi fuistis persecutores sancte matris ecclesie et vel ministrorum pariter occisores fures latrones et raptores pessimi habitantes inter nos et sanguinem tenentes terram spoliantes et strangulantes et incorrigibiles perseverant. Urgens infelix conventus nos afficit vestra memoria odiosa. Quantum nobis displicet loqui de persona tamen propter hoc tamen protelamur et iuravimus per coronam nostri capitis quod si vitam non cessaverit malicia consueta et non obedieritis vestro preposito conservando pacem et iusticiam sicut decet scitote veniet super vos et super vestros filios et uxores dies ire calamitatis et miserie qualis numquam fuit visa in tota francia nec audita.

Miles preposito suo ut muniat castrum et communitum et faciat homines et animalia custodiri

Talis miles suo fideli G. preposito talis castri salutem et sinceram gratiam. Cum vere inimicitus est inter nos malignancium potest securius expectare. Tibi precipimus in castrum tibi commissum munias armis et victualibus habundanter et muros et ante muralia et fossata facias sicut necesse fuerit reparari et precipias hominibus tibi subiectis ut animalia sua custodiant et se ipsos. Talis enim militis manifesta satis superbia et malicia qui consueverunt inimicos suos in conventu potius malignari nos et vestra pridie diffidavit.

Responsio quod homines nolunt sibi obedire

Viro nobili et domino discreto strenuitatis titulo decorato domino H. B. suus fidelis prepositus talis loci salutem et fidelitatem debitam cum devotione. Cum propter suam maliciam et superbiam non obedivit suo preposito ut deberent domino dedecus pro facto faciunt et propter ipsum deberent acerrime castigari. Sicut mihi mandavit dominacionis probitas venerande muros et ante muralia et fossata talis castri volui facere reparari sed homines in hoc michi non obediunt ut deberent unde posset venire non modicum detrimentum. Corrigatur ergo precor et consilio per vestram cito potenciam predictorum fatuitas hominum fastidiosa ne ipsorum simplicitas in vestrum dampnum possit et dedecus quod absit utinam redundare.

Miles hominibus de castro quod obediant preposito sub pena omnium que habent

Talis miles suis fidelibus universis de hominibus de tali castro salutem et suam gratiam. Vobis dedi prepositum talem B. virum fidelem providum et discretum et credo non vultis me contempnendo pro utilitate vestra obedire. Vobis ergo precipio sub pena omnium que habetis quod eidem tamquam persone mee proprie obedienciam et reverenciam faciatis. Ego enim cito veniam et loquar cum rebellibus et contumacibus sicut decet.

Idem dominus preposito quod compellat homines arma prout ipsos decet emere ut consentitur. quoniam mandavit voluntate ydonea

Talis miles suo fideli preposito et cetera. Cavere te decet esse fidelis prepositus et discretus et paratus armis et armata et suis sociis sumpsi secundum dominum quam mandatum recepit ab eodem. Tibi ergo mandamus et precipimus ut homines tibi commissos arma compellas emere secundum competenciam ut alii armati habeant talis arcubalistas et lanceas consilia tantum quod eos noveris dispositione corporis viribus fore aptos ut quando mandatum vestrum receperis nos sequi valeas cum honore.

Responsio quod factum est et consulit quod illuc mittat x. clientes qui custodiant castrum assidue suis sumptibus et stipendiis hominum et sic homines poterunt facere agriculturas et opera consueta

Suo nobilissimo domino et discreto talis miles G. talis castri prepositus salutem et debitam fidelitatem. Sicut mandavit vestra dominacio venerandi omnes homines de tali castro qui arma possint portare commode sed quod ego eisdem ordinavi comparaverunt obtinas armaturas parati nos sequi quando vobis placuerit et facere vestrum preceptum in omnibus ubi posse tamen requirunt cum instancia et ego consulo si vobis placeat quod eorum sumptibus atque solidis illuc decem clientes ydoneos transmittatis qui custodiant dictum castrum assidue et homines dicti suas possint agriculturas et officia sine disturbio exercere.

Idem dominus preposito ut super suis redditibus mittat sibi centum libras

Talis miles suo fideli P. preposito talis castri salutem et suam gratiam et amorem. Patuit dudum esse bonus prepositus et fidelis quod quando dominus suus voluerit pecuniam ubi possit super suis redditibus destinare. Multum indigeo. C. libras turonensium iam vestes volo facere et quedam alia que imminent necessario facienda. Tibi mando ergo deprecando ut super meis redditibus michi decem pecuniam non differas destinare. Ego

cum te suabo in tempore petaris et inde habebis meam
graciam atque laudem. · Ro quod nullo modo potest ·
Illustrissimo domino discretionis et strenuitatis ti-
tulo preeminenti tali militi · G. prepositus talis castri
salutem et fidelitatem tam debitam quam devotam · Si quis
prepositus mandatum sui domini non adimplet non ob hoc
debet in continenti dominus perturbari · quia primo scire con-
venit quare non adimplevit quod mandavit · Non moveatur
itaque precor vestra dominacio metuenda quod non adim-
plevi quod michi per vestras litteras mandavistis · Nam quare hoc
contingit suo loco et tempore vobis dicam · Item prepositus
Talis miles suo fideli pre- | posito quod veniat red-
posito talis castri salutem | ditur racionem
etc. · quia tale castrum custodi- | villicacionis sue · Item
am tibi misimus et ad manum nostram non venerunt
redditus · Iam pro tercium fidelitatem tuam · presentibus exhor-
tamur · mandantes quod de tuo conspectu presentem
facias tali die racionem plenariam reddituum que accepisti
ex tuo in nostra presencia reddituros. · Item dominus preposito
Talis miles suo fideli ut teneat iusticiam
preposito salutem et sic | inter subditos ·
am graciam · Ita debet tenere Iusticiam bonus prepo-
situs et districtus quod non inferat iniurias vel oppressi-
ones indebitas sue custodie commendatis · Sic ergo
facias · si nostrum amorem vel graciam volueris optinere
Bertrandus dei gracia · Item dominus preposito ut
talis comes suo fide- | teneat iusticiam
li preposito talis loci salutem et suam graciam · Latori presenti
Lator presencium nobis conquestus est · quod quidam
alius sue hereditatis se statuit possessorem · Man-
dantes itaque tibi precipimus ut remoto dilacionis obsta-
culo vocatis partibus et in tua presencia constitutis
iudicialiter causa sit eorum terminos ne rursus debe-
at ad auditum nostrum pro defectu iusticie deporta-
tari · Item prepositus conqueritur domino suo de quodam episcopo
Illustrissimo domino · P. | qui tenet eum in vinculo
dei gracia talis militi suus fidelis | excommunicacionis
prepositus talis loci salutem et fidelitatem tam debi-
tam quam devotam · Dominacioni vestre clarescat quod sic
comites et causas in vestri occasione clamoris talis episcopus
ut personam meam possit licencius excommunicacionis
vinculo innodare · Dignetur itaque vestra solitus
strenuitas predictum episcopum movere cum diligencia vel
ut hec mea sinuatur · Ego enim exibere sum iusti-
ciam in vestra curia vel coram quoque voluerit sim
paratus · Comes episcopo ut absolvat suum prepositum
N. Christo venerabili patri et domino · P. dei gracia talis | tu
episcopo · B. eiusdem gracia talis comes salutem et re-
verenciam et honorem · Excommunicacionis vin-
culo talem meum prepositum innodatum fuisse

audivi per quendam clericum qui sicut dicitur in adulterio depre-
hendit · Ergo vos deprecor ut laxetis sinum
relaxati nuncii per vel faciatis · et in vestra presencia
comparebit dictus prepositus in dato sibi tempore complemento
ei dictabitur · in vestra curia recepturus · Item comes
Petrus dei gracia | preposito suo ut eiciat
tali suo fideli | domum vel ancium cuiusdam
p. etc. ut supra · Ad nos ve- | militis si recipiat suos
nit relatum plurimum | ut dicitur fugitivos
quod in domum et curiam cuiusdam militis se frequenter
non recipiunt fugitivi · Mandantes itaque tibi
precipimus ut si ita constiterit quod nobis de domum eius
et curie cuius non possit ponat ut in eo in quo deli-
quit rursus regulam puniatur · Creditor ad
Viro nobili et | debitores epistole · xiiij · Creditor
discreto tali | debitori quod solvat sibi qui fecit
militi talis · B. burforte faciet quod ipsi credat
gensis de tali loco salutem et honorem · Non videtur
fidem suam servare integram qui non solvit
quod promisit in tempore assignato · Ad nostram
precum instanciam tantam pecuniam mutuavi et
promisistis michi solvere tali die · precor ergo et moneo
quantum possum quod meum michi debitum persolvatis
ad solvendum iam preteriit dies dicta alioquin for-
te facietis aliter quam creditis · Ro quod mittat sibi pe-
Viro venerabili et | cuniam et peciit sibi quod non
discreto · P. · B. bur- | misit ante · non est recor-
gensis de tali loco · P. | datus de tempore ·
miles de tali loco salutem et amorem · Multa per
ignoranciam excusantur que si fierent ex certa sciencia
non haberent materiam excusandi · Excusetis ergo me per
cor habeat vestra discrecio venerandi · quia non misi
vobis vestram pecuniam sicut promiseram tali die ·
Nam de hoc dilucitate minime recordabar ·
sed nunc vobis mitto ipsam grates multimodas
referendo · Item creditor debitori quod solvat sibi
Viro | alioquin de magno amore sibi facto
venerabili etc. | eidem restituet magnum
ut supra · hec est magna rusticitas | dampnum ·
si redditur dispendium odiosum pro gracioso
servicio iam recepto · precor ergo quod pecuniam quam vo-
bis de gracia mutuavi sine mora reddere procura-
retis · alioquin de amore vobis facto in faceretis
etc. magnum dampnum · Ro quod non potest modo si pro
Viro venerabili et | roget diem solucionis usque
discreto etc. ut | tale tempus et tunc eidem sol-
sibi · magnum faciat a- | uet cum accione multimoda
more creditor mutuando pecuniam gratis
debitori · Sed cum tempus solucionis prorogat tunc
amor siquidem duplicatur · precor ergo dilectacionem ·

vram qq usque ad talem diem tempus solucionis
pecunie quam vobis debeo si vobis placeat proro
getis tunc eam ad uotum uestrum. si quidem nobis red
dam. Si creditor debitori quod nisi soluit ei accipi

[V]iro nobili et discreto .t. e. et pignora sua
qui non soluit in tempore quod promisit fidem
frangit. si quidem et eidem pignora debent capi.
Sciatis ergo quod nisi sine mora michi solueritis quod debe
tis accipere uestra pignora non tardabo. Responsio quod

[V]iro venerabili et dis. sibi mittit pecuniam
certo .t. e. ut s. quod ante non soluit pro
Excusari debet per impotenciam qui non impotenciam
soluit in tempore quod promisit. et post tempus
satisfaciat plenarie creditori. Non habeat ergo pro
nullo uestra discrecio quod non solui uobis in tempore
quod promisi. non enim potui fidelem nuncium invenire
sed nunc uobis mitto uestram pecuniam cum actione
multimoda graciarum. Si scolaris episcopo ut faciat sibi

[I]n Christo venerabili reddi pecuniam quam mutua
patri et domino .p. dei gratia tali episcopo uit cuidam
G. de tali loco clericus suus alii compellet ipsum
deuotissimus filius salutem et obedientiam debitam
debitam et deuotam. p. clericum de tali loco et di
lectum socium meum inueni parisius quam pluri
mum indigentem et afflictum tedio paupertatis
cui ego compatiens paupertati sue .C. solid. concessi
mutuo hoc tenore quod ad manum meam ita tale
terminum peruenerit. tempus quidem preterit et ad ma
num meam pecuniam reportat. precibus uobis quibus
possum porrigo preces ad dominum quod compellatis eum pecuniam
per rigorem uestrum me gaudeam alleuatum. Episcopus scolari

[B]ernardus dei gratia tal. episcopus laico quod mittat
dilecto in Christo filio p. suo creditori pecuniam
clerico de tali loco salutem et episcopalem benedictionem
qui recipit pecuniam de manu facili dignum est
ut sit manus eius facilior ad soluendum. Cum ergo
parisius acceperis pecuniam a tali clerico fide data
quod eam sibi reddere in tali tempore occasionum pro
cul obstaculo non reddendi tempus datum preterit nec
quod sibi pecuniam reddidisti. mandantes itaque sibi precipi
mus ut iam dicto clerico te talem exhibeas quod accep
te pecunie plena restitutio possit eius extinguere que
stionem. Si creditor debitori ut soluat et de

[V]iro nobili .t. debitum ut iurauit alioquin ac
discreto — capiet pignus suum uel puniat
[illegible] publicabit

etc. Nobis concessimus quingentos solidos sub
fidei iuramento et eos iurastis in reddere prius
quam mensis circulus laberetur fidem uestram inte
gram non seruastis. Quare nobis notifico quod ubi
me in breui placuit pecunia persoluta in uestrum pigno
accipiam et uos esse periuros per totam prouinciam publi
cabo. Si creditor domino suo comiti ut compellat

[I]llustrissimo domino .p. dei gratia militem soluere
tali comiti. p. mercator de tali loco suus homo fi
delissimus salutem et fidelitatem debitam et deuotam
talis miles me rogauit quam plurimum quod de
mea pecunia sibi concederem .C. libras. [illegible]
defendi. Iam expletus est terminus in quo mihi persol
ui debuit pecuniam supradictam nec uult mihi soluere
dictus miles. Propter quod supplicat quantum possum quod mihi
reddere dictam pecuniam dictum militem compellatis.

[B]ernardus dei comes militi ut soluat
gratia talis comes suo fideli .p. militi de tali
loco salutem et suam graciam. a tali burgensi accepis
ti mutuo tantam pecuniam neque uultis sibi reddere
eam sepissime requisitam. Sciatis ergo quod nisi pecu
niam sibi reddideritis aut ad pacem cum eo quieueritis
ad mensem uos sibi soluere compellemus. Si scolaris

[V]iro venerabili et discreto clerico qui tenet ecclesiam
de tali clerico talis suam ut soluat sibi
scolaris salutem et amorem. Sepe sic homo pecuniam
urget necessitas ut recipiant suum debitum ante
diem. Inuolutus sum in debitis et michi nichil habeo
ad presens quod possim soluere creditori. fructus
ecclesie mee percepistis et ego uos deprecor ut quam
non debetis in pascha reddere pensionem in modo
transmittere procuretis ut instanti anno supra
dictam nobis ecclesiam concedatur libencius et de summa
debitam defecisse pensionem. Responsio quod non possit modo

[V]iro venerabili .t. e. scolo sed in soluet circa
post defectus argenti qui deficiunt potest pro debet
impotenciam excusari. pensionem uestram uel
ntis ante diem sed monetam mihi non habeo de quo satisfiat
uoluntati. Sustinere queso in pacienciam. Statim cum
tempus pasche aduenerit nobis perfecte pensio persol
uetur. Secularium ad Religiosos. et eorum epistole.

[V]iro Religioso [illegible]. Mandat miles religioso
sed discreto ut tractet pacem inter duos
[illegible] et benignitatis et amore [illegible]
rato. p. dei gratia tali cenobii abbati dignissimo

talis miles salutem et servicium et honorem. Sancti reli-
giosi debent pro viribus discordantes ad concordiam
revocare. Sicut non ignorat vestre sanctitatis bonitas
divulgata inter tales duos milites est maxima
nata discordia. unde multe depredationes hominum
et multa homicidia sunt secute. precor igitur et exhor-
tor cum diligencia quantum possum vestram benignitatem
quatenus inter dictos milites pacem et concordiam in quantum
potestis seminetis. Item nobilis infirmus albati ut
Viro religioso etc. qui requirit veniat ad eum
consilium animis domini eorum debet consilio con-
fortari morbi magna molestia pregravatur et de-
inde vite mee desperans leticia vestre vestrum consilium ordi-
nare meum desiderio testamentum accedat igitur vestra be-
nignitas nec me laborante differat visitare op-
to enim quem plurimum recepi in consorcio mei gregis
et ad dei servicium possessiones quasdam vestro ceno-
bio assignare. Item miles quibusdam religiosis
Viris religiosis etc. quod tractet pacem inter barones et si pa-
rum potest fieri saltim ponatur treu-
honestis sit. G. et fr. p. de ordine pre- gas si ipsi
dicatorum. p. miles de tali loco salutem in domino Ihesu
Christo. Cum sit pax vinculum karitatis karitatem
debent homines inter inimicos pacem et concordiam se-
minare. et guerram saltim fide dari non potest in-
treugare. vestram igitur clemenciam et karitatem roga-
mus quatenus detis operam diligenter quod inter tales baro-
nes pax et concordia reformetur. vel saltem eorum guerra
usque ad tempus maneat intreugata. Item miles
Viris religiosis abbati et monachis ut filium
sis et discretis. p. dei gratia suum recipiant
abbatis talis cenobii et toti conventui in monachum.
tui eiusdem loci salutem et dilectionem perpetuam et ho-
norem. Exaudiri debet qui suum filium devote postu-
lat monachari cum sit vita salutifera mona-
chorum. precor igitur vestram benignitatem quatenus meum con-
silium propter deum specialiter et amicorum suorum intuitu ves-
trum monachum faciatis. Est enim puer multum ap-
tus moribus et statura. literas etiam didicit competen-
ter et desiderat habere habitum monachalem. Re.
Viro nobili et abbas et conventus quod super hoc
discreto tali habebunt consilium et respon-
militi. fr. G. dictus debunt sibi tali die.
abbas talis cenobii licet immeritus et eiusdem loci totus
conventus salutem in domino nostro Ihesu Christo. Secundum

ius et ordinem nostrum consuetudinem non debemus aliquem
in nostrum monachum vel fratrem omnium nostrorum omnium
consilio requisito. Vos rogavit predicte vestre no-
bilitatis probitas honoranda quod vestrum filium
nostrum monachum faceremus. Digna quidem pe-
titio est et super hoc habebimus consilium sicut decet
et vobis respondebimus tali die. Abbas monachis
Petrus divina miseracione ut veniant et ha-
tone dictus abbas talis beant consilium
cenobii. Dilecto in Christo filiis suis cum eisdem super
eiusdem loci monachis salutem in domino. Rogavit stre-
nuus talis miles quod suum filium in nostro cenobio
vellemus recipere quod placet ei religio monachalis.
Mandamus vobis itaque ut in tali die ad monas-
terium veniatis. et dubitatis nobis consilium huius rei
plenam in tali die debemus pro facto militi responsi-
onem reddere. Abbas militi quod propter paupertatem
Viro nobili et tatem quam habent non possunt
discreto etc. vestris exaudire petitionem
religiosi omnes libenter recepere de suo consilio
si primus eorum posset omnibus monachando
habundare. Sciat igitur vestra nobilitas quod petitionem
quam nos fecistis predicte de vestro filio monachando
libenter traderemus effectui. sed in hoc nobis paupertas
non modica contradicit. Item quod non possimus adimplere
quod requiritis ut vellemus pauper miles mo-
Religiosis nialibus ut recipiant filiam
dominabus et venerabilibus. b. dei suam in monacham
gratia talis monasterii abbatisse dignissime et eiusdem
loci toti conventui tal' miles salutem et servi-
cium perpetuum et honorem. Admitti debet illa petitio
cuius effectus redundat in dei servicium et impetrantis
salutem et concedentis pietatem magnam. vestram igitur sancti-
tatem duxi precibus specialiter deprecandam quatenus meam fili-
am monialem vestram recipere propter deum solum in-
procuretis. Re. quod non possunt quia monasterium
Viro nobili gravatum est paupertate ac debitis
et discreto tali militi. b. abbatissa aggravatum
batissa tal' loci monasterii et eiusdem loci sorores
pie vivere salutem in domino. Qui tali pondere
se ipsum ponderat quod non possit commode sustenta-
re. non est pro suo sapiens reputandus. precamur
igitur vestram nobilitatem quatenus hoc pro malo
non habeat quia vestram filiam recipere non valemus
ut iudex iudicet quod sicut possidet ita possideat
et habet locum in solo non in re mobili. *In interdicto utrubi*
Et est dictum utrubi ut iudex iudi (*similiter forma dicitur*) cet apud quem possessio est ita (*in de re mobili agas*) possideat ut possidet. *In interdicto quod vi aut clam sic forma*

Dicit M. quod S. tale edificium fecit vi in
tali loco uidelicet post prohibitionem suam uel
post denunciationem noui operis quod idem est petit ab
eo quod demoliatur propriis sumptibus et restituat
ipsi M. dampnum quod sustinuit propterea quod estimat
tantum. Hic appellatur uis factum contra prohibitionem
uel denunciationem clam fecisse seu possidere ui
si furtiue ingressus est in possessionem et in aduersario celauit neque eidem renunciauit si in
timuit controuersiam ei aut timere debuit nec
fiunt meliores condictiones stulti quam periti. *In actione quod clam sic forma*

Dicit T. quod S. edificium fecit uel arbores succidit uel fimum uel scrobes duxit
per agrum suum clam id est cum sciret uel scire deberet
dictum T. prohibiturum et si sciret petit quod de
molliatur quod clam fecit et dampnum quod emen
det quod extimat tamen cum petit hoc interdictum contra
eum qui non fecit sed tenet factum ab alio. Tunc
non destrueret sed paciam destruendi prebit
tamen. Qui fecit si possideat destruet propriis
sumptibus si fecit et non possideat expensam soluet
tamen. Competit hoc interdictum ei cuius interest opus
factum uel possessionem furtiue obrepti non esse
hoc est bone fidei possessori usufructuario
atque superficiario et colono hoc interdictum quod clam
quia iungitur cum illo quod vi et vi et clam idem
potest esse factum et in eodem loco ut puta inhi
bui tibi ne poneres fundamentum in tali loco po
suisti postea sic conuenimus ego et tu ne am
plius faceres et de facto prohibitione sustineres
ad presens me absente et ignorante fecisti
reliquum opus. Id factum est et vi et clam uel
agis quod clam potes agere ex eo edicto de noui
operis nunciatione et tunc *sic forma.*

Dicit T. quod S. edificauit in tali loco post
quam ipse T. denunciauit eidem S. no
uum opus uel tali nomine suo petit quod demol
liatur quicquid fecit post noui operis nunciationem

[illegible] Sanctissima [illegible] [illegible] [illegible] papa [illegible] salus

et post prohibitione phibitas intelligitur quod
prohibentis actu .i. dicendo se prohibere vel ma
num apponendo vel lapillum iactando sibi hoc pre
faciat sine alterius nomine suo. In precario sic for.

Dicit .T. quod concessit precario .m. talem e
quum vel viam per fundum suum vel quod appo
diaret tignum suum aprientem suum revocat p
carium petit ab eo quod restituat in iuribus vel in
corporalibus dicat ne decetero appodiet et ad
statum reducat in quo prius erat. Precarium est quod
precibus conceditur utendum petenti quamdiu pa
tur qui concessit revocare cum potest quotienscumque
voluerit. In actione de arboribus cedendis quod [illegible] sic for.

Dicit .m. quod talis arbor excedit [illegible]
solo .T. dependet inde in ill[...] .m. et re
quisivit non ademit vel succidit dictam ar
borem ipse .m. volebat addimere vel succindere
nec impediat eum. Et tunc radicatur [illegible]
quando nocet predio urbano. quando predio rustico no
cet distenditur a quindecim pedibus supra. Vrba
num predium est edificatum ubique sive in civitate opi
do vel villa. In rustico .f. iallio capite sic for.

Dicit .m. quod arbor talis ex agro talis impendet
in agrum ipsius .m. nec requisitus ademit
post quindecim pedes a terra [...] nec permittit ipsum
inscindere petit ne prohibeat. Interdicto de glande legenda sic forma.

Conqueritur .m. de .T. qui
poma vel pira vel tales fructus
cadentes ab arbore .m. in terra tua legere non
permittit. Unde petit ab .m. ne ipsum prohibeat.
Competit autem hoc interdictum de glande legenda
de omni fructu et usque ad tertium diem. Quilibet fruc
tus nomine glandis accipitur sicut appone tigni
quodlibet tignum. Interdicto de libero homine for.

Dicit .m. quod .l. detinet vel tenet talem liberum
hominem petit quod exhibeat ipsum illi .m.
cuius interest exhiberi quia per eum vult probare ali
quid de alio minus interest hoc interdictum omnibus com
petit. Quamvis in potestate habeat non tenetur hoc interdicto
vel si redemit ab hostibus non remittitur precium vel
offeratur eidem. Tunc tenetur exhibere
et in publicum deducere. Interdicto de mi grando

Conqueritur .C. de .m. qui
asinum eius ipse induxit in domum ipsius
.m. quam conduxit non permittit ei adducere vel alienare
licet satisfecerit ei de pensione vel paratus sit satisfacere
petit ne vim super hoc nec impedimentum faciat
eidem. Interdictum datur de migrando quod conpetit in
aquilino volenti migrare de domo conducta
quadam ad alium locum et dominus impedit eum vel ali
quid sibi de supellectilibus que imposuerat conpetit

ei hoc interdictum contra impedientem migrare pensi
one soluta vel que. In salviano forma.

Dicit .S. quod locavit .m. tale predium et ibidem
eum colonum instituit et ipse colonus in illo
predio talem asinum vel capram induxit. que
tempore locationis tempore possidebat. et cum .m. dictum
asinum vel capram induxit nunc non possideat. pe
tit ab eo quod dictum asinum vel capram reducat in
eamdem possessionem in qua erat quando conduxit predium
et eum sibi tradit quam invecta et illata que sunt obli
gata pro pensione dicti predii. quia non solvit vel pe
tere a quolibet detinente.

Dicit .S. quod locavit .m. tale predium et ibidem
eum colonum instituit. et ipse colonus
induxit in illo predio talem asinum quem .l. nunc te
net et possidet. Et conductus .m. pensionem dicti predii
non solvit. petit quod .l. sibi dictum asinum tradat et
restituat quem invecta et illata sunt obligata
pro pensione dicti predii. In edicto siquis ius di centi .i. iudicanti optemperaverit forma

Dicit .T. quod .S. non red
didit sibi libellum ad
diem assignatam a iudice vel eum quo spolia
verat eum vel aliquam possessionem ad quam restituendam
fuerat condempnatus vel non ostendit rem petitam
petit quod sibi condempnetur ad interesse quod extimat tantum
et ut iudex puniat eum modo debito. In edicto siquis in ius vocatus non ierit

Dicit .T. quod .S. citatus
a vobis domine iudex per actorem ipsum
suum .T. ad talem diem non venit nec misit et ipse
misit vel venit. Unde petit ipsum .S. condempnari ad
interesse quod extimat tantum. si certa pena fuit appo
sita. contra non venientem ad diem illam petatur. Sin
autem ad interesse agitur. In edictione qui se eum quem in ius vocatum exhimat

Dicit .m. quod cum citatur
veniret ad talem iudicem .S. ipsum exemit
et non comparuit vel dolo malo fecit et parava
vit quod exhimeretur quare dampnum sustinuit
m. .C. eo quod non fuit ad diem sibi assignatam
petit eum sibi condempnari m. .C. quod tantum paratus est
iurare exhimente. Et quo minus aufferre ut si
per dolum curavit moram citari vel corpus cepit
vel detinuit in loco presentis vel palam dum minus vim vel do
lum adhibuit tenetur hoc edicto. In edicto de eo per quem factum est

Dicit .T. quod cum fecisset citari
.m. coram tali iudice ad quominus quis
talem locum et diem .S. ipsum in iudicio sistit
per dolum detinuit quominus in iudicio compar for.
erit. Quare processum dicti amisit vel forte causam
unde petit illum sibi condempnari ad interesse quod ex
timat tantum. Et est differentia inter illud et supius
quia hoc datur actio utilis ei qui comparuit in iudicio

propter dolum et mala detentione siue denunciatorem vel
procuratorem alicuius et ei qui citauerat ipsum S.
excepto tamen quod hec non intatur cum taxatione iudicis
Dicit T. quod S. habet in — In actione de edendo.
strumentum esse suum et ipsi confectum super tali debi
to vel in tali causa. Vnde petit quod ipsum edat S. priuatum in
strumentum non petitur edi nisi utatur tenens illo quando
tunc debet facere copiam aduersario suo. In actione
Dicit M. quod S. accepit X. in factum que competit contra
A. T. ut contra ipsum moueret calumpniatorem sic fiet
iniuste litem coram tali iudice vel ab ipso M. vel pro
curatore suo accepit X. ne accusaret ipsum calump
niose. Petit ab eo quod restituat sibi decem X. in quadru
plum quia propter calumpniam recepit contra ipsum M. Hec actio
competit infra annum in quadruplum post annum in sim
plum in eum qui pecuniam accepit ut calumpniose
moueret controuersiam contra aliquem vel ut desisteret a controuersia quam
calumpniose mouet. Ille vero qui dedit ut alius ue
xaretur iniuste quia turpiter dedit non repetit. Sed
ille contra quem datum est habet illius qui recepit tenetur
in quantum ad eum peruenit. ¶ Sequitur de actione de dolo
malo que dicitur subsidiaria eo quod tunc demum competit cum sub
sidium. Cum alia actio non inuenitur. Non datur pro
modica summa nec datur quibusdam personis libe
ris. liberis humilibus contra parentes patronos et excellentes
Sed datur iniustis nisi casibus actio in factum subsidi
aria non de dolo malo. Dolus malus est calidi
tas in tacendo in arte verborum equiuocatio falla
cia menciendo in veritate decipiendum fallendum
decipiendum alterum. Bonus dolus est astucia aduer
sus hostem vel latronem. Nam decipere hostem
bonus dolus est et sollercia accipitur. Non fiat tamen
contra pactum vel conuentionem et datur hec actio usque
ad biennium et datur ad interesse
Dicit T. quod S. promisit ipsum fodere saxa ex fun
do suo et sumptus facere. Sed non patitur ipsum tollere
Vnde petit ipsum condempnari ad interesse quod sustinuit
propter dolum suum quod extimat tantum. In talibus ubi nulla
obligatio interuenit competit actio de dolo. De alie
Dicit T. quod M. talem natione mutandi
agrum quem petiturus iudicii causa facta
erat ab eo transtulit in S. duriorem aduersarium
causa mutandi iudicii scilicet asserens in eodem etc. Vnde petit
condempnari ad interesse quod extimat tantum. Tria enim
sunt necessaria ad hoc quod ista actio competat quod
causa mutandi iudicii alienauit. quod dolo S. ut du
riorem redderet aduersarium quod interfuit agentis. Iure
Dicit T. quod M. transtulit litigiosa alienata
in S. rem litigiosam scilicet talem agrum quem fiet
petebat ab eo super quo ei libellum ei porrexerit

vel iudicii contestationem. Vnde petit quod alienatam
rem rehabere et reducere in eo statu in quo erat
ante alienationem vel si non potest petit eum sibi condep
nari ad interesse quod extimat tantum. Cum creditor
Dicit T. quod cum M. diceret ipsum transfert actionem
T. debere S. C. vel deberet et in suum potenciorem
uis C. transtulit in T. potenciorem petit ut
cadat a debito utique et utique per sententiam silencium
imponatur contra meliorem agrorum falsum denun
Dicit T. quod cum emeret talem agrum ciantem —
ab S. vel meliorem illius agri per dolum denunciauit
sibi agrum decem continere V. iugera cum non contineat
nisi tria. Quare plus emit per denunciatorem falsam
et ideo potest illum sibi condempnari ad interesse quod exti
mat tantum. Forma similis est quod denunciauit tria
iugera cum essent quinque et decepit venditorem
Dicit S. quod funerando In actione funeraria
corpus C. defuncti expendit C. fiet
petit ab S. qui tenet bona defuncti quod ea sibi resti
tuet. Caueat qui facit expensas circa funus quod pro
testetur se facere animo recuperandi. Quando pietatis
gracia uult facere hoc et non repeteret. In actione que
Dicit M. quod cum ipse A. T. descendit ex suo
ex causa mutui peteret X. vel ex iure iurando
T. detulit sibi iuramentum et iurauit illum debere
X. et cum non soluit sibi petit ab eo quod soluat vel di
cat quod cum condempnatus fuit sibi in istis X. per talem
iudicem. Idem est si per arbitrum fuit condempnatus
et non recusauit vel decendium In condictione in
Dicit T. quod cum crederet S. se debere X. ex debiti
tali causa non deberet. Vnde petit ab eo tamquam
indebitum. Si enim sciens solueres non posses
repetere. Et potes errare in hiis casibus. Soluisti
legatum testamentum patet falsum vel ruptum postea vel
soluat procurator tuum debitum vel postea uel
inueneris litteras quietationis vel solutionis vel soluisti
falso procuratori potes et repetere. Caueas ne
per transmissactionem rem iudicatam soluens quia
non repetens vel si naturaliter eras obligatus
vel si detulisti iuramentum quia ius iurandum
pro veritate accipitur. — In condictione
Dicit M. quod dedit S. X. ob turpem causam
ne interficiat prem[...] sic forma
suum ne committeret furtum vel sacrilegium vel aliquod
maleficium quod volebat perpetrare. Quare petit
ab eo quod sibi restituat quod ob turpem causam recepit
Hanc actionem habes quociens soluisti aliquid
ut restituatur tibi subtractum vel ablatum vel iure debi
tum non habes. Hinc non quando turpitudo versatur
tamen ex parte recipientis. Si ex parte dantis non

repetit. Sed ut usus melior est condicio possidentis quod
meretrici datur non repetitur quamvis turpiter recipit licet
faciat turpiter quia se exponit. In condicione ob causam datorum

Dicit A. quod dedit in [...] x libras. T. spe future numerationis
et non secuta vel sic forma
non numeravit. quare rationem quod sive causa est penes
ipsum repetit et quod quietet fideiussores datos vel instru-
mentum vel aliam obligationem. vel dicas quod solvisti
ei nec restituit instrumentum quare petit vel potest petere
fructus quos collegit aliquis male fidei possessor
de fundo tuo extantes vendicare non extantes condi-
cere. Si commodavi tibi equum locatum quod admisseram
et postea venit eques ad te hac actione petit in decime
ta restitutione non refert ab initio sine causa penes te
sit an quod non est secutum propter quod recepisti vel ex post
facto devenit est ad non causam propter solutionem vel alio
modo. In condicione furtiva sic forma

Dicit A. quod B. surripuit ei furtive equum suum
talem vel talis coloris est hoc quod equum extimat
XX. unde petit ab eodem si extat non extat estimatio-
nem. petitque intelligere ab eodem quod extimat causam
soli domino competit hec actio contra illum qui surripuit non contra
illum qui dedit auxilium. Et est differentia inter actionem
furti et condictionem furtivam. Quia actio furti est
penalis in duplum vel quadruplum sed est simplex et rei
persecutoria sed quadruplex actio competit contra furtum
factum. Et furti actio condictio. vendicatio ad exhibendum.

Dicit A. quod T. debet ei Intricatoria forma
[...] vel equum vel servitutem ex qua causa tali
quare petit quod eum ei restituat vel dimittat per hanc
actionem consequimur omnes res nobis debitas sive corpo-
rales sive incorporales ut servitutes excepta pe-
cunia numerata que per hanc condictionem non exigitur
nisi certa dicta ex qua causa nobis debite sint. De dona

Dicit A. quod T. promisit toribus si quis arge
dationem C. vel bovem non tradidit petit tum
ab eo quod tradat. ff. l. c. de donatoribus si quis argen-
tum. Condictio ex lege vel decretali locum habet quotiens
nova l. vel decretali obligatio est inducta. ut est eadem
l. cautum. qua ac[...]tione experiatur ut ista constitutione
[...] illa sepe con[...]tingit et in multis aliis ut in do-
natione est [...] quod licet nudo pacto et simpliciter
promiserat [...] donaturum tamen habet tradere
quia ita cautum est [...] in illa constitutione Si quis ar-
gentum. In constituto [...] nella. C. de universis [...]

Dicit A. quod T. mortuus debebat ei C. de bo-
nis ipsius mortui satisfactum est integre aliis et
illis creditoribus vel legatariis sibi nichil petit
a creditoribus quod pro rata debitorum ei restituant

quisque habeant suum debitum integre. hoc cavetur
in lege predicta. Ibidem non non potest agere qui fecit inven-
tarium et nichil habet residuum licet consilio competit creditori
qui non habet bona obligata quia si haberet competeret hypo-
tecaria. Sequitur de actionibus et primo de redhibitoria

Dicit A. quod B. vendidit ei equum recalcitrosum vel
librum viciosum qui in redhibitione est et pro-
cius expedit non habere quam habere. Ideo petit quod recipiat
rem venditam. et ei restituat pretium per actionem
ex empto non per redhibitoriam quia non est actio sed ad
iectio actioni ex empto. vel potest dici actio redhibitoria
id est propter redhibitionem faciendam licet actio competit si ce-
lat venditor servitutem vel quia non asseverat vel affir-
mat. vel celat vicium rei vendite vel et si ignorat et sic
tale vicium quod numquam emisset si scivisset vicium
Et competit emptori usque ad sex menses tempus post quam
scit vicium. Quando autem tam modicum vicium est quod non
emisset emptor non pro tanto tunc aget quanto mi-
noris. i. ut tamen restituat ei quantum minus emisset
vicium et competit usque ad annum utilem. In actione

Dicit B. quod T. vendidit ei bovem de evictionibus
[...] vel asinum vel permutavit pro tanto sic forma
vel pro tali re. Evictus est coram tali iudice. pro eo
petit a venditore vel permutante quod fuerit ipsum in decep-
nem intelligere extimat tamen vel potest peti duplum ab eo
si expresse fuit promissum. Caveas quia in his
casibus non potes agere de evictione. licet res sit evicta
si per impericiam alicuius iudicis vel iniuriose eius condempnatus
fuisti ad restitutionem rei vel si arbitrium. vel si non denun-
ciavisti vel non vocasti venditori quod te defenderet
vel si non appellasti vel non defendisti. vel si non usu cepisti
cum posses. vel si res gratis data tibi tradita. et quia sci-
visti rem alienam et expresse fecisti cum de
evictione vel non. Tenetur venditor et heres eius de evic-
tione licet non sit expressum. licet simpliciter venditum et
petit heredi quam aliquid de hiis que obtinuit in dictione
evictum est ab eo. Evictio est rei empte. vel ex alia
iusta causa accepte per iudicialem sentenciam abdicatio. vel alio
evincente amissio. In tributoria forma.

Dicit T. quod talis servus vel filius familias. A. venu
vendebat. vel talem mercem peculiarem exer-
cebat domino vel patre sciente non contradicente. et quia ipse T.
contraxit cum illo in illa merce peculiari. et talem mercem
ei vendidit pro tanto vendidit et non solvit. petit
a domino A. quod mercem peculiarem dividat et exerceat tri-
butoriam. Et est datum ut tam dominus vel pater quam omnes
creditores in ista merce veniant in distributione
pro rata porcione ad solutionem faciendam. Si pater
vel dominus deberet ille servus vel filius veniet in distri-
butionem aliter non. et veniet cum omnibus creditoribus

ex quaz negociatione et recipiet pro rata. Sed alii
creditores non erant negociationes separate non reci
piunt in illis in quibus contraxerunt. In actione de pe

culio sic forma.
Dicat .M. quod contraxit cum tali filio
familias vel servus .T. vendendo vel locando istud pro
tanto et non solvit. petit a domino .T. quod ei solvat dictum precium
vel mercede de peculio eius quod eius deducto debito ipsius
et .T. integre. Vide dictum in tributoria et de peculio
eius. Tributoria competit quando dominus vel pater scivit negotium
et non contradixit et tunc venit in tributoriam id est distri
butionem cum creditoribus pro rata. actio de peculio
quando ignoravit et tunc totum suum debitum ipse prius deducat
quam aliquid solvat alicui creditori. De in rem verso forma.

Dicat .T. quod mutuavit vel credidit tali filio famil
ias vel servo pecuniam .S. quam pecuniam expendit
in rem id est utilitatem .S. ut puta in dote filie eius vel in
melioratione domus. Unde petit ab ipso .M. quod ei solvat
dictam pecuniam. In actione quod iussu forma.

Dicat .T. quod ad iussum .M. mutuavit vel aliter credidit
talem pecuniam filio vel servo ipsius .M. et non reddidit
quare petit ab eo quod ei reddat quia consensit eius contraxit cum illo ven
dendo vel mutuando vel alio contractu. Iussum sufficiat nuda
voce vel per epistolam vel per nuncium generaliter vel specialiter rem in
tegram potest revocari postea non. In exercitoria sic forma.

Dicat .T. quod contraxit cum tali magistro navis vel conducendo
talem locum in tali navi pro tanta mercede non
observavit magister contractum id est non detulit merces vel homines suos
ad locum assignatum vel non assignavit ei locum. Unde petit
ab ipso .S. exercitore navis qui posuit dictum magistrum quod sol
vat ei interesse quod extimat tantum. Exercitor est ille ad
quem omnes proventus vel redditus proveniunt sive dominus sit
sive navem conduxit periculo suo. Magister dicitur cui tota cura na
vis commendata est et a quo ponitur. Magister pro
locandis navibus ad merces vel homines deportandos de
facto istius et de facto illius quem preposuit iste magister tenetur
exercitor. Ad legem rodiam de iactu sic forma.

Dicat .T. quod adveniente tempestate vel alio periculo
in tali loco gratia navis levande proiecit iactu tales
merces que valebant tantum. Unde petit a magistro navis cum quo
contraxit locando ut contributionem faciat mercibus aliorum retine
at vel cum illis agat ut detrimentum pro portione contri
buat dictum ad legem rodiam de iactu quia ista lex in
venta fuit apud rodum insulam de iactu mercium facto in
aquam. Si navis deteriorata sit fit contributio. Si de volun
tate nectorum propter metum detrimentum fit in navi omnes
debent conferre quorum interfuit fieri iacturam et debet fieri
collatio pro mercedibus non pro liberis capitibus quorum
nulla est extimatio. Si pro vestimentis et anulis et aliis
et pro navi redempta a predonibus vel piratis. Sed si absti
lerint quasdam merces non fit collatio illis qui perdiderint.

Estimatio debet fieri in rebus amissis non quanti empte
sunt sed quanti vendi possunt. Si ante collationem res
iacta recuperatur exoneratur collatio. Si autem fa
cta erit contributio agent qui solverunt contra magistrum navis
et ille cum illo qui recuperavit res iactas. Si merces que sunt
iacte sunt et merces alterius deteriorantur nunc debet fieri
estimatio considerato dampno eorum in contributione quia iniquum
debet duplici dampno honerari et non est ei subveniendum
qui non iactavit. Sed res deteriorata habuit non quod
fiat ei contributio. Sed ne ipse faciat ut prius habita estimatione
de rerum deterioratarum et secundum hoc faciat vel non
faciat. Institoria sic forma.

Dicat .M. quod .S. preposuit talem servum vel talem liberum
tali taberne vel tali negotio vel mercature. Item .M.
contraxit cum illo vendidit ei tale quid pro tanto vel lo
cavit vel mutuavit tamen non solvit. Competit ab illo qui
posuit quod solvat ille qui preposuit dicitur institor eo quod
insistit negotio gerendo et sicut dominus potest agere contra eum
qui cum suo institore contraxit. Ita et ipsi contra eum agitur tamen
dominus solidiarie id est quando non potest agere cum illo quem preposuit
sunt quia non solvendo. Competit hec actio ei qui contraxit cum in
stitore in ea re cui prepositus est sive liber sive servus
minor vel maior masculus vel femina sit ei imputetur qui
talem preposuit et hoc illud et hoc idem eius qui preposuit quod
usque palam revocaverit institorem. Sequitur de publicis iudiciis.

Publica iudicia dicuntur quia causis de populo
dantur eorum executiones quorum quedam sunt
capitalia quedam non. Capitalia sunt ex quibus se
quitur pena mortis aut exilii. Capitalia non sunt
ex quibus relegationes aut pena pecuniaria aut
corporalis aliqua coercitio sequitur sine morte cum infamia tamen
pena est. In crimine lese maiestatis.

Dicat .M. quod .T. machinatus est in morte imperato
ris vel talis principis patrie. Unde reus est lese ma
iestatis petit quod decapitetur bona eius confiscentur et
ad penam talionis se obligat ad probandum. Tenetur
hoc crimine qui ope vel consilio dant contra principem patrie vel pu
am vel civitatem et hoc locum post mortem persona bona con
fiscanda. Audiuntur mulieres accusantes de hoc crimine
et accusantur heretica et symoniaci. In simoniacis
pena est decapitatio id est degradatio. Heretica ab ecclesia se
parati traduntur iudici seculari qui tradit eos igni et
morti. In symoniaco vel heretico.

Dicat .S. quod .T. tale commisit symoniam vel hereticus
est quia in hoc articulo male sentit de fide.
Unde petit quod degradetur et tradatur curie puniendus
vel si laycus est petit quod decapitetur vel comburatur et ad hoc
probandum se obligat ad penam talionis. In crimine

Anno domini M.CC. tali die talis adulterii sic forma
mensis regnante ludovico rege francie coram
preposito aurelianensi dicat .M. quod .S. commisit adulterium cum .B.
in tali loco tali anno tali mense .B. preposito existente
petit quod capite puniatur. Sed accusat .B. quod in monasterium

detrudatur uxor vel alia mulier non accusat virum de
adulterio per leges et canones. sic ad thori separationem
maritus presumendus est preterea in omnibus aliis. et usque ad lx.
dies tales non inscribit et non obligat se ad taliones
hec duo sunt privilegiata. Item si aliquid sic denunciavit
ei qui habet suspectum in presencia testium et eum postea
venit cum uxore in loco suspecto perimat eum aut tra
dat iudici qui puniat eum. Dicitur in iure contestet de
nunciatione et confabulatione adulteri et adultera non
possunt simul accusari. Sed uno absoluto per sententiam alter
absolvitur. Possessus uno condempnato non preterea licet
interficere passim et indifferenter omnes adulteros quos
invenerit adulterantes cum filia familias marito non nisi
famosum et vilem vel ex premonitum. et pater vero suis debet inter
ficere filiam familias et adulterum alter non. *E* Dicitur
adulterium illicitus coitus cum uxore. vel sponsa aliena per
tractatus. Unde adulterium quasi adulterius thorum transitus.
Item est adulterium de viro coniugato ad solutum. Sed de co
niugata nec refert utrum sit solutus vel coniugatus sicut dicitur
in iure civili. Sed secundum canones. uxor virum non accusat
maritus preferetur in accusatione preterea preter alias. Sic et illarum
aliquorum denuncies tres quilibet de populo. de adul
terio non intelligere vel piaculi vel aliquid capite. Item de aliis cri
minibus possit intelligi. Tenetur hac constitutione qui per vim
virginem stuprat qui domum suam prebet adulterium com
mittendum vel stuprum. Et tutor qui pupillam suam
duxit uxorem vel sinistro stuprat ipsum stuprum
est. Preterea cum virgine vel cum muliere familias qui masculo leno capi
te punitur. Similiter et raptor virginis et sanctimonialis mo
niales et sponse. et bona raptoris rapte applicantur nisi sit
fuorum quia tunc non perdit bona. Similiter illi qui opem et auxi
lium dederunt et istas potest interficere quilibet consan
guineus tutor vel curator rapte super rapina condem
nati non appellant. Tutor corrumpens pupillam vel co
hens cum illa non punitur capite. Sed tamen deputatur et a
misit bona. Mulier que se ponit sexu suo capitali
sinere subicitur filius comburitur nati nisi non succedunt
sed alii cognati. *In rapto sic forma*

*D*icat B. quod A. rapuit talem vel opem vel consilium dedit
rapine petit eum deportari et bona sua rapte
applicari et ad hoc probandum se obligat ad penam talionis.

*D*icat A. quod B. pupillam suam cor *In tutore sic forma*
rupit vel cognovit cum ea petit eum deportari et bona
sua confiscari. et ad hoc probandum se obligat ad pe
nam talionis. *In illa que subponit servo suo sic forma*

*D*icat A. quod Bertha turpiter se sexu suo occulte
vel manifeste petit eam decapitari et filium eius com[illegible]

*D*icit A. quod duxit uxorem suam *In lenone sic forma*
adulterandam vel uxorem adulteram retinuit
et adulterium quod potuit retinere dimisit vel preterea in
recepit unde petit eum capite puniri. Agas similiter.

illum qui domum suam prebuit ad hoc faciendum. et de hiis
criminibus potest accusare quilibet de populo quia publica sunt
sed si inveniantur plures ad accusandum preponen
dus est ille cuius magis interest ut maritus pater. pater consan
guineus. consanguinei alii. Similiter preter maritum obli
gat se ad talionem qui accusat et agit per se non
per procuratorem. *Sequitur de vi et primus de via publica.*

*D*icat A. quod B. cum armis aggressus est eum et aucto
ritate sua cepit ipsum vel vulneravit vel de domo eiecit
vel fundo per vim cum manu armata petit eum depor
tari in exilium vel in insulam ubi aqua et ignis interdicatur
ei. Si mors intervenerit exilio sed agitur ad depor
tationem. Similiter si quis fregerit aliquid edem vel violavit et
depredatus fuit vel in turba tela iecerit arma vocantur
telum vel gladius vel lapis vel quolibet talis qui nocere pot

*D*icat B. quod A. auctoritate sua eiecit *In via privata*
eum de domo vel aliquid abstulit vel vadiavit
eum per vim petit quod puniatur in tercia parte bonorum et
quod amittat. vel creditum si erat creditor. Unde versus.
Vis privata reum deponit ab ordine rerum.
ad restitutionem rei rapte et ad penam tripli. Item sum
pta ad restitutionem et ad fructus et ad interesse. *In lege*

*D*icat A. quod B. talem hominem *cornelia de sicariis*
interfecit vel dolo malo eius *vel veneficiis sic forma*
tale incendium factum est vel causa occidendi talem hominem
furtive cum telo ambulavit vel fecit falsum testimonium fieri
vel ipse tulit. Reus capite punietur. vel iudex pecuniam
accepit ut dampnaret ad mortem vel venenum pre
buit ad necandum. Unde petit eum capite puniri
tamquam sicarium vel veneficum et ad hoc probandum
obtulit se ad penam talionis puniuntur. Hac lege qui
dat amatorium poculum. si mors inde sequatur vel qui
dat sicarias tenere vel salemandras vel aconitum robustum
vel mandragoras vel ad mortiferum. Et puniuntur
isti sicarii vel venefici capite sicut dictum est nisi sint
valde viles vel humiles qui bestiis subiciuntur ad devo
randum. si sint altiores vel digniores in insulam depor
tantur. Nec refert an quis occidit. an causam mortis pre
beat. Si in rixa vel in turba aliquis percussus moriatur
inquirendum est de ictu cuiuslibet si potest discerni cuius
ictu perierit tenetur ille solus. Si in casu omnis si
casu fortuito sine culpa quis non animo occidendi
quis occiderit vel aggredientem se vel latrocinantem
defendendo non tenetur. Homine tali intelligitur omnis
species gladii. ut lapis. lignum. et ferrum. Et dicitur sica et di
citur sicarius sicca que est quedam ferrum vel cultrum latens
in baculo cavo et ex inde extrahitur ad interficiendum
et tenetur hac lege tam veneficus quam sicarius quia
plus est hominem veneno extinguere quam gladio inter
ficere. *In lege cornelia de falsis sic forma.*

*D*icat A. quod B. falsitatem commisit scribendo

ali[?] dicta testium qui deposuerant vel falsum testium tenet vel iudicem corrupit vel aliquid in illo mutavit vel testamentum aperuit et ibi aliquid posuit vel ab illo sit legatum vel aliquam aliam falsitatem commisit que exprimenda est. Cum petit quod tenetur bona sua publicentur sicut lex illa vult. Si vero petit quod ultimo supplicio afficiatur. Agitur autem de hoc crimine criminaliter sive civiliter. Si criminaliter obligat se ad talionem qui agit sicut in aliis publicis iudiciis. Si civiliter nulla est obligatio et ibi. quia tamen modo instrumentum reprobatur vel appellatur. Si post vel non post probam falsitas ut agitur civiliter de hoc crimine per modum exceptionis vel replicationis. Qui falsum si nomen vel cognomen apponit vel qui falsam monetam facit vel qui partum alienum sibi supponit vel falsas mensuras tenet vel ut iste tenetur lege hac vel aliquas alias falsitatem facit. In lege pompeiana de parricidiis

Dicit T. quod S. commisit parricidium in effecit patrem veneno vel gladio vel alio modo talem patrem vel matrem filium vel fratrem sororem vel alium de sanguinitate sua petit eum puniri tanquam parricidam et ad hoc prose obligat ad penam talionis. Pena parricide est ut servatur in sacco de corio cum cane et gallo gallinacio et cum simia et sic proiciatur in mari vel in magno flumine. tenetur hoc crimine qui facit vel procurat quis aliquis proximum suum interficiat vel consilium eius criminis hoc per se sit genereus qui puniat. In peculatu sic forma. For. For.

Dicit T. quod talis iudex pecuniam publicam vel fisci vel civitatis talis civitatis vel talem rem sacratam vel monasterii in suos usus convertit vel abstulit vel surripuit. Cum petit quod capite puniatur. Iudex vel alius deportetur et ad hoc se obligat ad penam talionis. tenetur hoc crimine qui miscet es cum auro vel plumbum cum argento vel procurat misceri et de hoc crimine peculatus. i. de pecunia publica sacra religiosa intercepta ablata vel surrepta. In crimine sacrilegii sic forma.

Dicit M. quod S. sacrilegium commisit talia sacra surripiendo petit ipsum capite puniri et ad hoc se obligat. Sacrilegium est rem sacram vel de sacro loco aliquid auferre vel surripere. Est maius crimine quam furtum et diversis modis puniuntur sacrilegi non semper capite pro qualitate persone pro conditione temporis et etatis et sexus et senectus et clementius quam ad bestias dampnatur quam in humanitate in furca suspenduntur. In residuo sic for.

Dicit S. quod M. tantam summam pecunie destinatam [?] emptionem talis domus vel necessarie rei est publice vel ad alimenta prestanda militibus vel ad emendum bladum vel vinum ad opus rei publice retinuit in pretium. Cum petit eum puniri in tercia parte [?]

vel aliter extraordinarie ad arbitrium iudicis.

Dicit T. quod S. dedit tantam pecuniam pro tali dispensatione vel alia dignitate iudiciaria obtinenda in tali civitate petit ipsum puniri in C. aureos et in famia punitur hic. i. qui novum vectigalis vel pedagium statuit.

Dicit T. quod S. annonam. i. bladum carcavit supponens ad mercatores tales a quibus emit carius vel credendo societatem cum aliis mercatoribus quam cariorem fecerunt annonam. Cum petit ipsum S. fiat mercator et a foro removeri. Si non est mercator per eum relegari sicut est vilis persona petit ipsum condempnari ad opus publicum.

Dicit M. quod S. liberum hominem sciens vendidit pro suo vel liberto ingenuum retinuit servum vel persuasit servo suo a domino alieno fugere vel vendidit servum alienum pro suo petit eum puniri ad arbitrium iudicis.

Dicit M. quod S. tempore quo

Dicit iudex in tali loco recepit tantam pecuniam a tali vel tale munus ob iudicandum vel absolvendum. Cum petit quod condempnetur ad aliquid restituendum in quadruplum tamdiu fisco. Si ob condempnandum ad mortem tunc deportetur et per l. dies debet morari iudex in loco in quo exercuit officium post depositam administrationem ut convenlatur. sacramentum debent facere iudices in receptione sua quod nichil recipiant assiduitas si cum donatoris nec simulate venditionis aut aliquo genere simulato et si fecerit tam dans quam recipiens potest accusari a quolibet et punitur in quadrupla in supradictis criminibus obligat se ad talionem qui accusat et dat fideiussores vel si sit arduissima causa non potest fideiussorem custoditur usque tam actionis quam accusatus habita districtione ad dignitatem quam dignus mineus custodietur si deficiat accusatus punitur ut calumpniator pena illa qua punietur accusatus si esset convictus vel aliter extraordinarie ad arbitrium iudicis laycus clericum accusare non potest quia non potest se accusare ad talionem sed ad privationem officii vel beneficii quod non habet.

Dicit M. quod S. accusavit T. de tali crimine et iam inscripsit destitit ab accusatione sine auctoritate iudicis per collusionem quam fecerunt ab initio vel per pecuniam quam accepit vel alio modo vel alia de causa de propria voluntate. cum licentiam vel auctoritatem non impetravit petit eum puniri extraordinarie et infamia non. consultum et turpiliani.

Conqueror ego T. Cobis [?] In calumpniatore.

domine iudex de S. qui me accusavit de tali crimine coram vobis et inscripsit scribunt

peto q punatur sicut ego puniri si conuictus essem et notetur in famia ut calupniator. Judex tamen qui absoluit actorem non debet ex parte rei hanc formam libelli sed bona sua ipsum absoluere et calupniatorem condempnare. Si tamen aliquis narratiue obiciat et non in scriptis sine calupnia potest desistere. Si iam in scriptis desistere non potest sine auctoritate iudicis. In libello famoso

Dicit ex. q. B. libellum famosum quem ipsum formatum manifestauit publicauit exposuit petit q puniatur capitalia sua uel petit q emendet hanc iniuriam si uult aggrauare ut qui extimat tantum.

Explicit summa magistri ... promulgatis

Si filius petit ut ministret ei studenti necessaria scientiam cum instructus fuerit toti suo generi lumen honoris et glorie ministrabit

Patri karissimo et cetera ut supra. Qui candelam sibi facit qui suo filio studenti cum diligentia sumptus necessarios subministrat. Scientiam conmstructus fuit semper eclumen utilitatis honoris et glorie ministrabit. Ego sum in tali studio pater karissime sanus et hylaris per dei gratiam et multum bene proficerem si haberem libros necessarios et expensas. Ex facultate uestra pietas lumen et honorem sibi et meis amicis omnibus in studenti cum diligentia peccuniam ministrando. Responsio quod libenter

Petrus de tali loco. Dilecto suo filio G. salutem et totis uiribus in conlacto studio et bonis moribus indulgere. Nullus candelam facit nisi ex ipsa possit habere suo loco et tempore bonum lumen. Tibi mitterius g. x. libras turonensium fili karissime. Precor et moneo quantum possum ut ita studeas q adhuc possis esse lumen et gloria totius tui generis et uoluptas. Si filius petit

Omni fundatus est filius q fundatus est satis in gramatica competenter in gramatica et sufficiens dignum est q eundo pater ad scientiam ... scientiam ad transferat ad maiorem. Responsio ... maiorem dulce dominatum ... amicitias alias ueneram de qua ego sum in tali studio sanus et hylaris per dei gratiam et ibi de studeo et studium tali in ... gramatica q sufficient possum q multum desidero audire decretis uel canones ... Precor g. paternitatem uestram q michi ... libras turonensium transmittatis libros iuris canonici pariter et uestes habere ualeam atque sumptus. Responsio quod ei mittat

Petrus de tali loco suo dilecto filio. Cum in tali studio commoranti salutem et ad studium ... peccuniam et audiat illam scientiam que ei magis uoluerit expetitum suscipere. Qui fundatus competenter dicis

In gramatica non restat aliquid nisi q ascendit ad artes uel scientias altiores. Audias g. fili karissime theologiam uel decretales siue que magis placuerit et inde habuis consilium peritorum. Ego enim mitto tibi C. libras turonensium quibus libros emas et uestes competentes habeas et expensas. Si filius petit q audire uult phisicam

Reuerendo patri et mittat ei denarios quibus et domino. B. de tali loco pater possit libros emere de eum super omnia diligendo. G. filius de phisicales notilissimus filius existens in tali studio salutem et filialem subiectionem. Qui suum filium facit audire phisicam quicumquam agriculturam quod constituit. Qui post colligere fructum in hyeme et estate. Postquam mea penitus perpagina q ego sum fundatus in gramatica et in logica competenter et multum audire desidero medicinam. Est enim scientia magni lucri et per ipsam in breui tempore michi et meis poto prouidere. Quamobrem g. paternitati dixi et exhortandam q michi mittatis tantam peccuniam quod possum emere libros phisicales et uestes habere possim atque sumptus. Responsio de eodem

Patri karissimo et cetera. Scientia phisicalis est lucratiua perfectis. Unde consulte facit pater non multum habentes habundans peccunia si procurat in ipsa scientia suum filium erudiri. Non ignorat uestra bonitas pater karissime pius sime q multum sum uobis hactenus sumptuosus et multum desidero habere scientiam quam mediante possem uobis restituere quod quod in me posuistis uestra benignitas centuplatum. Consulendo g. precor et moneo pater pie q michi peccuniam transmittatis q libros phisicales ualeam comparare q quidem fecistis ego studendo taliter dante deo q ego ero in breui tempore homo diues et uobis et amicis meis omnibus potero quippe facere magnum bonum. Responsio

Petrus de tali loco suo dilecto et cetera. Sicut in pratis gramen eligitur sic inter artes et scientias illam debet quisque diligenter eligere quam magis nouerit fructuosam. Emas g. libros phisicales peccuniam quantum dirigo per platorem et ita studeas fili karissime q diuicias possis habere in breui tempore et honorem et michi et amicis tuis aliis sicut deus pauimus et multis beneficiis prouidere. Responsio

Petrus miles de tali loco suo dilecto filio et cetera. Per hoc est bona iuris scientia. Scientiam per ipsam uel amicorum defenditur et inimicorum per ... et pugnatur transmittere g. tibi C. libras turonensium. Karissime fili oramus et precamur decet q ius audias canonicum ut optaris uel ciuile et studeas tali modo q in omni causa sic turius tuorum refugium amicorum et inimicorum confusio atque terror. Si filius petit q fundatus est in logica et uult audire theologiam et mittat ei unde possit bibliam emere

Patri karissimo et cetera. Dignum est imo dignissimum q pater filio

ut sibi fiat ... hospitalis ac ... judicialis
... que a ... assignem ... non potentibus
non propter ... et ... post festum sancti Martini
... anno domini ... detentus ... anni ...
... xvij ... et residuitas ...

Serenissimo invictissimo potentissimo clementissimo

Veni sancte spiritus reple tuorum corda

ad theologie sciam suspiranti sumptus et libros
necessarios subministret. Nam hec est omnium sciarum dna
et magistra que ducit fidelium animas ad salutem. Demonstrante
enim adulescens nosceret vita bonitas pater karissime ego sum
dinel' sospitate corporea per dei gratiam perditus et in
dyalectica fundatus taliter quod omnes scolares et magistri
dicunt me esse disputatorem optimum et sophis
tam et multum desidero in sacra theologia doctus esse
studere. Michi mittat ergo et moneo pena
pietas ut possim bibliam comparare et expensas habere
continuas non plenarie quousque in

Petrus de tali loco suo dilecto filio et c. Theolo
gie statum sciam esse audire optimum sed minus est pauperibus sumptuosam. Tuis
in mandastis litteris quod tu es factus bonus logicus. Et
sum quam plurimum colletatus et desidas theologiam ad
discere quod quidem propositum esse laudabile sed non possem pro
vos effectui mancipari. Nam hec requirit sicut
nosti dare magnos sumptus. artes ergo audias fili karissime et
auctores vel phisicam vel aliquam sciam lucrativam
quia non possem tibi magnam pecuniam ministrare. —

Ubi pauper non potest
facere tantas expen
sas sed audiat aliquam
sciam lucrativam

Petrus de tali loco suo dilecto filio et cetera deologye ...
moderum ... supplicans

... non potes ... non debes ...

In omnem terram

Maria virgo semper letare ora pro nobis deum

Solamen sit sanctus spiritus amen